MAGYAR FERENCES
KÖNYVTÁR
01000654

XVI. 6 20




Nagyon ritka
kiadás

XVI. 6. 20
20/2
20/3
20/4
20/5

aõ 1494 Ex Biblioth. Nettragone / 6

Ed: rarissima

Visto

Facultatis philosophicae Viennensis [illegible]

1.

Marci Manilii aſtronomicon liber primus incipit

Carmine diuinas artis & conſcia fati
Sydera diuerſos hominum uariantia caſus:
Cæleſtis rationis opus deducere mundo
Aggredior primuſq; nouis helicõa mouere
Cantibus: & uiridi nutantis uertice ſiluas.
Hoſpita ſacra ferens nulli memorata priorum.
Nunc mihi tu cæſar patriæ princepſq; paterq;
Qui regis auguſtis parentem legibus orbem
Conceſſumq; patri mundum deus ipſe meteris
Das animum ireſq; facis ad tanta canenda.
Iam propiuſq; fauet mundus ſcrutantibus ipſum.
Et cupit ethereos per carmina pandere ſenſus
Hoc ſub pace uacat tantum iuuat ire per ipſum
Aera & immenſo ſpaciantem uiuere cælo
Signaq; & aduerſos ſtellarum noſcere curſus
Quod ſolum nouiſſe parum eſt: impenſius ipſa
Scire iuuat magna penitus precordia mundi.
Queque reget generetq; ſuis animalia ſignis
Cernere & in numerum phæbo modulante referre.
Bina mihi poſitis lucent altaria flammis
Ad duo templa precor duplici circundatus aeſtu
Carminis & rerum certa cum lege canentem
Mundus & immenſo uatem circum ſtrepit orbe
Vixq; ſoluta ſuis immittit uerba figuris:
Quem primum interius licuit cognoſcere terris
Munera cæleſtum quis enim condentibus illis
Clepſiſſet furto mundum quo cuncta reguntur:

... szt. István első vértanúról nevezett budapest-margitszigeti zárdája

Pallas Lexikon XII Köt. 279 lapja szerint az Astronomicon Nürnbergben jelent meg 1472-ben.

Quis ſeret humano conatus pectore tantum
In uitis ut diis cuperet deus ipſe uideri?
Tu princeps auctorq; ſacri cyllenie tanti
Per te iam cælum interius iam ſydera nota
Sublimis aperire uias imumq; ſub orbem
Et per inane ſuis parentia finibus aſtra
Nominaq; & curſus ſignorum pandere uires
Maior uti facies mundi foret & ueneranda
Non ſpecies tantum ſed & ipſa potent ia rerum
Sentirentq; deum gentes q̃ maximus eſſet
Natūraq; dedit uires ſeq; ipſa recluſit
Regalis animos primum dignata mouere
Proxima tangentis rerum faſtigia cælo
Qui domuere feras gentis oriente ſub ipſo
Quas ferat euphrates in quas & Nilus inundit
Qua mundus redit & nigras ſuper euolat urbis
Tum qui templa ſacris coluerunt omne per æuum
Delectiq; ſacerdotes in publica uota
Officio uixere deum quibus ipſa potentis
Numinis accendit caſtam preſentia mentem
Inq; deum deus ipſe tulit patuitq; miniſtris
Hi tantum mouere decus primiq; per artem
Syderibus uidere uagis pendentia fata
Singula nam proprio ſignarant rempora caſu
Longa per aſſiduas complexi ſecula curas
Naſcendi que cuique dies quæ uita finiſſet
In quas fortune leges quæque hora ualeret
Quantaq; q̃ parui facerent diſcrimina motus

Poſtq̄ omnis cæli ſpeties redeuntibus aſtris
Percepta in ptoprias ſedes & reddita certis
Fatorum ordinibus ſua cuiq; potentia formæ
Per uarios uſus artem experientia fecit
Exemplo monſtrante uiam ſpeculataq; longe
Deprendit tacitis dominantia legibus aſtra
Et totum alterna mundum ratione moueri
Fatorumq; uices certis diſcernere ſignis
Nam rudis ante illos nullo diſcrimine uita
In ſpetiem conuerſa operum ratione carebit
Et ſtupefacta nouo pendebat lumine mundi
Tum uelut ammiſſis mærens: tum læta renatis
Syderibus uarioſq; dies incertaq; noctis.
Tempora nec ſimilis umbras iam ſole regreſſo
Iam propiore ſuis poterant diſcernere cauſis
Nec dum etiam doctas ſolertia fecerat artis
Terraq; ſub rudibus ceſſabat uaſta colonis
Tuncq; in deſertis habitabat montibus aurum
Immotuſq; nouos pontus ſubduxerat orbis.
Nec uitam pelago nec uentis credere uota
Audebant. ſed quiſque ſatis ſauiſſe putabat
Sed qum longa dies acuit mortalia corda
Et labor ingenium miſeris dedit & ſua quemque
Aduigilare ſibi iuſſit fortuna premendo.
Seducta in uarias certarunt pectora curas
Et quodcunque ſagax temptando repperit uſus
In commune bonum commentum læta dedere
Tunc & lingua ſuas accepit barbara leges

Et fora diuerſis exercita frugibus arua
Et uagus in cecum penetrauit nauita pontum
Fecit & ignotas itiner commertia terris.
Tum belli paciq; artes commenta uetuſtas.
Semper enim ex aliis alias proſeminat uſus.
Nec uulgata canam: linguas didicere uolucrum.
Conſultare fibras & rumpere uocibus anguis
Sollicitare umbras imumq; acheronda mouere.
In noctemq; dies: in lucem uertere noctes.
Omnia conando talis ſolertia uicit
Nec prius impoſuit rebus finemq; manumq;
Quam cælum aſcendit ratio cæpitq; profundis
Naturam rerum cauſis uiditq; quod uſquã eſt.
Nubila cur tanto quaterentur pulſa fragore
Hiberna æſtiua nix grandine mollior eſſet
Arderent terræ ſolidusq; tremeſceret orbis.
Cur imbres ruerent uentoſq; que cauſa moueret
Peruidit ſoluitq; animis miracula rerum.
Eripuitq; Ioui fulmen uireſq; tonantis
Et ſonitum mentis conceſſit nubibus ignem
Que poſtquã in proprias deduxit ſingula cauſas.
Vicinam ex alto mundi cognoſcere molem
Intendit totumq; animo comprendere cælum
Attribuitq; ſuas formas ſua nomina ſignis
Quaſq; uices agerent certa ſub ſorte notauit
Omnia que ad numen mundi faciemq; moueri.
Syderibus uariis mutantibus ordine fata.
Hoc mihi ſurgit opus non ullis ante ſacratum

Carminibus: ſaueat magna fortuna labori
Annoſa & molli contingat uita ſenecta
Vt poſſim rerum tantas emergere moles.
Magnaq; cum paruis ſimili per currere cura.

De origine mundi

At quoniam cælo carmen deſcendit ab alto
Et uenit in terras fatorum conditus ordo
Ipſa mihi primum naturæ ſorma canenda eſt.
Ponenduſq; ſua totus ſub imagine mundus.
Quem ſiue ex nullis repetentem ſemina rebus
Natali quoq; egere placet ſemperq; fuiſſe
Et fore principio pariter fatoq; carentem
Seu permixta chaos rerum primordia quendam
Diſcreuit partu. mundumq; enixa nitentem
Fugit in infernas caligo pulſa tenebras.
Siue in diuiduis in idem reditura ſoluta
Principiis natura manet poſt ſecula nulle
Et pene ex nihilo ſummum nihilumq; futurum
Cecaq; materies cælum perfecit & orbem
Siue ignis fabricauit opus flammæq; micantes
Que mundi fecere oculos habitantq; per omne
Corpus: & in cælo uibrantia fulmina fingunt.
Seu liquor hoc peperit ſine quo riget arida rerum
Materies: ipſumq; uocat quo ſoluitur ignem.
Aut neq; terra patrem nouit: nec flamma nec aer
Aut humor: faciuntq; deum per quattuor artus.
Et mundi ſtruxere globum: prohibentq; requiri
Vtra ſe quicquam qum per ſe cuncta creantur

Frigida. ne calidis deſint aut humida ſiccis
Spiritus aut ſolidis: ſitq; hec diſcordia concors
Q uam nexus habilis & opus generabile fugit:
Atq; omnis partus elementa rapacia reddunt.
Semper erit genus in pugna: dubiumq; manebit
Q uod latet: & tantum ſuper eſt hominemq; deumq;:
Sed facies quencunque tamen ſub origine rerum
Couuenit: & certo digeſtum eſt ordine corpus
Ignis in ethereas uolucer ſe ſuſtulit auras
Summaq; complexus ſtellantis culmina cæli
Flammarum uallo naturæ mœnia ſecit
Proximus in tenuis deſcendit ſpiritus auras
Aera extendit medium per inania mundi.
Ignem flatus alit uicinis ſubditus aſtris.
Tertia ſors undas ſtrauit flatuſq; natantis
Aequora perfidit toto naſcentia ponto
Vt liquor exhalet tenuis atq; euomat auras
Aeraq; ex ipſo ducente ſemina paſcat.
Vltima ſubſedit glomerato pondere tellus.
Conuenitq; uagis permixtus limus harenis
Paulatim ad ſummum tenui fugiente liquore
Q uoq; magis purus humor ſeceſſit in undas
Et ſiccata magis ſtrinxerunt æquora terras
Adiacuitq; cauis fluidum conuallibus æquor
Emerſere fretis montes orbiſq; per undas
Exiliit uaſto clauſus tamen undiq; ponto
Imaq; de cunctis mediam tenet undiq; ſedem.
Idcircoq; manet ſtabilis: quia totus ab illo

Tantundem refugit mundus fecitq; cadendo
Vndiq; ne caderet: medium totius & imum eſt
Ictaq; contractis conſiſtunt corpora plagis.
Et concurrendo prohibent in longius ire
Quod niſi librato penderet pondere tellus
Non ageret curſus mundi ſubeuntibus aſtris
Phæbus ad occaſum & nunquã remearet ad ortus.
Lunaue ſubmerſos regeret per inania curſus.
Nec matutinis fulgeret lucifer horis
Heſperos in merſo dederat qui lumen olympo
Nunc quia non imo tellus deiecta profundo
Sed medio ſuſpenſa manet ſunt paruia cuncta
Quo caderet ſubeat cælum: rurſuſq; reſurgat
Nam neq; fortuitos ortus ſurgentibus aſtris.
Nec totiens poſſum naſcentem credere mundum
Soliſue aſſiduos partus & fata diurna
Quum facies eadem ſignis per ſecula conſtet
Idem phœbus eat cæli de partibus iiſdem
Inde ſuos ſinuat flexus per crura pedeſq;
Lunaq; per totidem luces mutetur & orbes
Et natura uias ſeruet quas fecerat ipſa
Nec tirocimo peccet circumq; feratur
Aeterna cum luce dies quod tempora monſtrant
Nunc his nuc illis eadem regionibus orbis
Semper & ulterius uadentibus ortus ad ortus
Occaſumue ortus: cælum & cum ſole perennet.

Q uare terra ſit rotunda

Nec tibi uero natura admiranda uideri
Pendentis terre debet qum pendeat ipſe
Mundus. & in nullo ponet ueſtigia fundo.
Q uod patet ex ipſo met curſuqꝫ uolantis
Q um ſuſpenſus eat phœbus curſumqꝫ reflectat
Huc illuc agiles & ſeruet in æthere mætas
Q um luna & ſtellæ uolitent per inania mundi
Terra quoqꝫ aerias leges imitata pependit.
Eſt igitur tellus mediam ſortita cauernam
Aeris & toto pariter ſublata profundo
Nec patulas diſtenta plagas: ſed condita in orbem
Vndiqꝫ ſurgentem pariter pariterqꝫ cadentem
Hec eſt naturæ facies ſic mundi & ipſe
Inconuexa uolans teretes facit eſſe figuras
Stellarum ſoliſqꝫ orbem lunæqꝫ rotundum
Aſpicimus tumido quærentis corpore lumen
Q uod globus obliquos totus non accipit ignes
Hæc æterna manet diuiniſqꝫ ſimilima forma
Cui neqꝫ principium eſt uſqꝫ nec finis in ipſo.
Sed ſimilis toto remanet perqꝫ omnia par eſt.
Sic ſtellis glomerata manent mundumqꝫ figurant
Id circo terris non omnibus omnia ſigna
Conſpicimus. nuſq̄ inuenies fulgere canopum
Donec Niliacas per pontum ueneris oras
Sed quærent helicen quibus ille ſuperuenit ignis
Q uod laterum tractus habitant mediiſqꝫ tumores
ripiunt terræ cælum uiſuſqꝫ coercent

Te teſtem dat luna ſui glomerabilis orbis
Que cum merſa nigris per noctem deficis umbras
Non omnis pariter confundis ſydere gentes
Sed prius eoæ quærunt tua lumina gentes
Poſt medio ſubiecta polo quecunque coluntur
Vltima ad heſperior infectis uolucris allis
Seraq; in extremis quatiuntur gentibus aera.
Quod ſi plana foret tellus ſemel orta per omnes
Defficeret pariter toto miſerabilis orbe
Sed quia per teretem deducta eſt terra tumorem
His modo poſt illis: apparet delia terris
Exoriens ſimul atq; cadens. quia fertur in orbem
Vtrinque accliuis pariter decliuia iungit
Atq; alios ſuperat giros alioſq; relinquit
Ex quo colligitnr terrarum forma rotuuda.
Hanc circum uariæ gentes hominum atq; ferarum
Aerieq; colunt uolucres pars eius ad arctos
Eminet hauſtrinis pars eſt habitabilis oris
Sub pedibuſq; iacet noſtris ſupraq; uidetur
Ipſa ſibi fallente ſolo decliuia longa
Et pariter ſurgente uia pariterq; cadente.
Hanc ubi ad occaſus noſtros ſol aſpicit ortus
Illic orta die ſopitas excitat urbis.
Et cum luce refert operum uadimonia terris.
Nos in nocte ſumus ſomnoſq; in membra locamus
Pontus utroſque ſuis diſtinguit & alligat undis.
Hoc opus immenſi conſtructum corpore mundi
Membraq; naturæ diuerſa condita forma

Aeris atq; ignis terræ pelagi iacentis
Vis animæ diuina regit ſacroq; meatu
Conſpirat deus & tacita ratione gubernat.
Et multa in cunctas diſpenſat fœdera partis.
Alter ut alterius uires faciatq; feratq;.
Summaq; per uarias maneat cognata figuras.

De duodecim ſignis

Nunc tibi ſignorum lucentis undiq; flammas
Ordinibus certis referam primumq; canentur
Que media obliquum precingunt ordine mundum
Solemq; alterius uicibus per tempora portant
Atq; alia ad uerſo luctantia ſydera mundo
Omnia que poſſis cælo numerare ſereno
E quibus & ratio fatorum ducitur omnis
Vt ſit idem mundi primum quod continet arcem

De ariete & ordine cæterorum

Aurato princeps aries in uellere fulgens.
Reſpicit admirans aduerſum ſurgere thaurum
Summiſſo uultu geminos & fronte uocantem
Quos ſequitur Cancer: cancrum Leo: Virgo leonem.
Aequato tum Libra die cum tempore noctis
Attrahit: ardenti fulgentem Scorpion aſtro.
In cuius caudam contentam dirigit arcum
Mixtus equo uolucrem miſſurus iamq; ſagittam
Tum uenit anguſto Capricornus ſydere flexus.
Poſt hunc inflexam diffudit Aquarius urnam.
Piſcibus aſſuetus auide ſubeuntibus undas
Quos aries tangit claudentis ultima ſigna.

At qui fulgentis cælo conſurgit ad arctos
Omnia que ſummo deſpectant ſydera cælo
Nec norunt obitus unoq; in uertice tantum
In diuerſa ſitu cælumq; & ſydera torquent
Aera per gelidum tenuis deducitur axis
Libratumq; regit diuerſo cardine mundum
Sydereus circa medium quem uoluitur orbis.
Aethereoſq; rotat curſus immotus: at ille
In binas arctos magni per inania mundi
Perq; ipſum terræ directus conſpicit orbem
Nec uero e ſolido ſtat robore corporis eius
Nec graue pondus habet quod onus ferat aetheris alti
Sed qum aer omnis ſemper uoluatur in orbem
Quoq; ſemel cœpit totus uolet undiq; in ipſum.
Quodcunque in medio eſt: circa quod cũcta mouẽtur
Vſq; adeo tenue ut uerti non poſſit in ipſum.
Nec iam inclinari nec ſe conuertere in orbem
Hoc dixere axem quia motum non habet ullum
Ipſe uidet circa uolitantia cuncta moueri.
Summa tenent eius miſeris notiſſima nautis
Signa per immenſum cupidos ducentia pontum.
Maioremq; helice maior decircinat arcthum
Septem illam ſtellæ certantes lumine ſignant.
Qua duce per fluctus graiæ dant uela carinæ.
Anguſto cynoſura breuis torquetur in orbe
Tam ſpatio q̃ luce minor ſed iudice uincit
Maiorem tyrio penis hec certior auctor
Non apparentem pelago quærentibus orbem

Nec paribus poſite ſunt frontibus utraque caudam
Vergit in alternis roſtro ſequiturq; ſequentem.
Has interfuſus circumq; amplexus utranque
Diuidit: & cingit ſtellis ardentibus anguis
Ne coeant abeantue ſuis a ſedibus unquã
Hunc inter mediumq; orbem quo ſydera ſeptem
Per biſſena uolant contra nitentia ſigna
Mixta ex diuerſis conſurgunt uiribus aſtra.
Hinc uicina poli cæliq; hinc proxima flammis
Que quia diſſimils qua pugnat temperat aer
Frigiferum ſub ſe reddunt mortalibus orbem.
Proxima frigentis arctos boreamq; rigentem
Nixa ſubit ſpeties genibus ſibi conſcia cauſe
A tergo nitet Arctophilax idemq; boetes
Quod ſimilis iunctis inſtat de more iuuencis.
Arcturumq; rapit medio ſub pectore ſecum:
At parte ex alia claro uolat orbe corona
Luce micans uaria: nam ſtella uincit una
Circulus in medio radians que proxima fronte
Candidaq; ardenti diſtinguit lumina flamma
Gnoſia deſerte fulgent monimenta puellæ
Et lyra deductis per cælum cornibus inter
Sydera conſpicitur qua quondam cœperat orpheus
Omne quod attigerat cantu maneſq; per ipſos
Fecit iter. domuitq; infernas carmine leges.
Huic cæleſtis honos: ſimiliſq; patentia cauſæ.
Tunc ſiluas exet ſaxa trahens. nunc ſydera ducit
Et rapit immenſum mundi reuolubilis orbem.

Serpentem magnis Hophiulcus nomine ſignis
Diuidit. & toto mergentem corpore corpus
Explicat & nodos ſinuataq; terga per orbes
Reſpicit. ille tamen molli ceruice reflexus.
Eminet effuſis per laxa uolumina palmis.
Semper erit paribus bellum quia uiribus æquant.
Proxima ſors cygni quem cælo Iupiter ipſe
Impoſuit. forme precium qua cœpit amantem
Qum deus in niueum deſcendit uerſus olorem
Tergaq; fidenti ſubiecit plurima læde
Nunc quoq; deductas uolitat ſtellatus in alas.
Hunc imitata nitent curſumq; habitumq; ſagittæ
Sydera. tum magni Iouis ales fertur in altum
Aſſueto uolitans geſtet ceu fulmina mundi
Digna Ioue & cælo quod ſacris inſtruit armis.
Tum quoq; de ponto ſurgit delphinus ad aſtra
Oceani: cæliq; decus per utrumque ſacratus.
Quem rapido conatus equus comprendere curſu
Feſtinat pectus fulgenti ſydere clarus.
Et finitur in andromeda quam parſeus armis
Eripit & ſociat ſibi cui ſuccedit iniquo
Diuiſus ſpatio quod tertia lampada diſpar
Conſpicitur paribus deltoton nomine ſydus
Ex ſimili dictum cepheuſq; & caſſiopia
Hec uacuum ſolis fulgentem deſerit orbem.
Sic in utrumque mouet mundum & contraria reddit
Hanc qui ſurgentem primo cum redditur ortu
Montis ab excelſo ſpeculantur uertice thauri

Euentus frugum:uarios & tempora dicunt.
Queque ualitudo ueniat concordia quanta
Bella facit pacemq; refert uariæq; reuertens.
Sic mouet ut uidit mundum:uultuq; gubernat
Magna fides hoc poſſe color curſuſq; micantis
In radios:uix ſole minor niſi quod procul hærens
Frigida ceruleo contorquet lumina uultu
Cætera uincuntur ſpetie nec clarius aſtrum
Tingitur oceano cælumue reuiſit ab undis.
Tum procyon ueloxq; lepus tum nobilis argo
In cælum ſubducta mari ꝙ prima cucurrit
E meritum magnis mundum tenet acta periclis
Seruando dea facta deos cui proximus anguis
Squamea diſpoſitis imitatur lumina flammis.
Et phœbo ſacer ales:& olim gratas hyacco
Crater & duplici centhaurus imagine fulget
Pars hominis tergo pectus commiſſus equino.
Ipſius hinc mundi templum eſt uictrixq; ſolutis
Ara nitet ſacros uaſtos cum terra gygantis
In cælum furibunda tulit tumidi quoq; magnos
Queſiuere deos dubitauit Iuppiter ipſe
Quod poterat non poſſe timens cum ſurgere terram
Cerneret:& uerti naturam crederet omnem
Montibus atq; alios aggeſtos creſcere montis.
Et tam uicinos figientia ſydera collis:
Arma importantes.& rupta matre creatos
Diſcordes uultu permixtaq; corpora partus.
Hoſtiferum nec dum ſibi quenque numina norant

Si qua forent:maiora ſuis tunc Iuppiter aræ
Sydera conſtituit:quo nunc quoq; maxima fulgent
Q uapropter cætus conuolues ſquamea terga
Orbibus inſurgit tortis: & fluctuat aluo
Intentans morſu ſimilis iam iamq; tenenti
Q ualis ad expoſite fatum cepheidos undis
Expulit adueniens ultra ſua littora pontum.
Tum notius piſcis uenti de nomine dictus
Exurgit de parte noti cui cuncta feruntur
Flexa per ingentis ſtellarum flumina gyros
Vlterius capiti coniungit aquarius undas
Amnis & in medium coeunt & ſydera miſcent
In penas ſignata ſuas iuxtaq; relictam
Andromedam uaſtos metuentem piſcis hiatus
Expoſitam ponto deflet ſcopuliſq; reuinctam
Ne ueterem parſeus cælo quoq; ſeruet amorem
Auxilioq; iuuet fugienda gorgonis ora
Suſtineat ſpoliumq; ſibi teſtemq; uidenti.
Tum uicina ferens flexo ueſtigia thauro
Eniochus ſtudio mundumq; & nomen adeptus
Q uem primu curru uolutantem Iuppiter alto
Q uadriiugis conſpexit equis cæloq; ſacrauit
Tum ſubeunt hedi claudentes ſydere pontum
Nobilis & mundi nutritos rege capella
Cuius ab uberibus magnum ille aſcendit olympum
Lacte fero creſcens ad fulmina uimq; tonandi
Hanc ergo eternis merito ſacrauit in aſtris
Iup piter & cæli cælum mercede rependit

Pleiades hyadeſq; feri pars utraque thauri
In boream ſcandunt hec ſunt aquilonia ſigna.
Aſpice nunc infra ſolis ſurgentia curſus
Que ſuper exuſtas labuntur ſydera terras
Queque intra gelidum capicorni ſydus & axem
Imo ſubnixum uertuntur lumina mundo
Altera pars orbis ſub aquis iacet inuia nobis
Ignotæq; hominum gentes nec tranſita regna
Commune ex uno lumen ducentia ſole
Diuerſaſq; umbras leuaq; cadentia ſigna
Et deſtros ortus cælo ſpectantia uerſo
Nec minor eſt illis mundus: nec lumine peior
Nec numeroſa minus naſcuntur ſydera in orbe
Cætera non cedunt uno uincuntur in aſtro
Auguſto ſydus noſtro quod contigit orbi
Cæſar nunc terris poſt cælo maximus auctor.
Cernere uicinum geminis licet oriona
In magnam cæli tendentem brachia partem
Nec minus extento ſurgentem ad ſydera paſſu
Singula fulgentis humeros cui lumina ſignant
Et tribus obliquis demiſſus ducitur enſis
At caput orion excelſo immenſus olympo
Per tria ſub ducto ſignatur lumina uultu
Non ꝙ clara minus ſed ꝙ magis alta recedant
Hoc duci per totum decurrunt ſydera mundum
Sub ſequitur rapido contenta canicula curſu
Quia nullum terris uiolentius aduenit aſtrum
Nec grauius cedit nec horrens frigore ſurgit

Hos inter ſoliſq; uias arctoſq; latentis
Axem quem mundi ſtridentem pondere torquet
Orbe peregrino cælum depingitur aſtris
Q ue notia antiqui dixerunt ſydera uates
Vltima que mundo ſemper uoluuntur in imo
Q uis in uexa mouent cæli fulgentia templa
Nuſq̃ in conſpectu redeuntia cardine uerſo
Sublimis ſpetiem mundi:ſimiliſq; figuras
Aſtrorum referunt: & uerſas frontibus arctos
Vno diſtingui medias claudiq; dracone
Credimus exemplo q̃uis fulgentia uiſus
Hunc orbem cæli uertentes ſydera curſu
Cardine tam ſimili fultum q̃ uertice pingit.
Hec igitur magno diuiſas æthere ſedes
Signa tenent mundi totum deducta per orbem
Tu modo corporeas ſimiles ne quære figuras
Omniaq; æquali fulgentia membra colore
Deficiat nihil & uacuum qua lumine ceſſit
Non poterit mundus ſufferre incendia tanta
Omnia ſi plenis ardebunt ſydera membris
Q uicquid ſubduxit flammis natura pepercit
Succubitura oneri formas diſiungere tantum
Contenta ut ſtellis oſtendere ſydera certis
Linea deſignat ſpeties:atq; ignibus ignes
Reſpondent media extremis atq; ultima ſumis
Creduntur ſatis eſt ſi ſe non omnia cælant.
Precipue media cum luna implebitur orbe
Certa nitent mundo cum luna conditur omne

Stellarum uulgus fugiunt ſine nomine ſigna
Plura licet uacuo: tum cernere ſydera cælo
Nec fallunt numero: paruis mixta feruntur
Et ꝙ clara magis poſſis cognoſcere ſigna
Non uarios obitus norunt uarioſqꝫ recurſus.
Certa ſed in proprias oriuntur ſydera luces
Nataleſqꝫ ſuos occaſumqꝫ ordine ſeruant
Nec quicquã iu tanta magis eſt mirabile mole
Quã ratio: & certis ꝙ legibus omnia parent
Nuſquam turba nocet nihil illis partibus errat
Latius & leuius mutatoue ordine fertur.
Quid tam confuſum ſpetie quid tam uitæ certum eſt

De æternitate mundi

Ac mihi tam preſens ratio non ulla uidetur
Quam pateat mundum diuino numine uerti
Atqꝫ ipſum eſſe deum nec ſorte coiſſe magiſtra
Vt uoluit credi quiꝰ mœnia mundi
Seminibus ſtruxit numinis inqꝫ illa reſoluit
Aequis & maria & terras & ſydera cæli
Etheraqꝫ immenſos fabricantem finibus orbes.
Soluentemqꝫ alios conſtare & cuncta reuerti
In ſua principia & rerum mutare figuras.
Quis credat tantas operum ſine numine moles?
Ex numinis cæcoqꝫ cteatum fœdere mundum?
Si ſors iſta dedit nobis. ſors ipſa gubernet
At cur diſpoſitis uicibus conſurgere ſigna
Et uelut imperio præſcriptos reddere curſus
Cernimus? ac nullis properantibus ulla relinqui

Cur eadem æſtiuas exornant ſydera noctes
Semper & hybernas eadem certamq; figuram
Quiſque dies reddit mundo certamq; relinquit
Iam tum cum graiæ uerterunt pargama gentes
Arctos & orion aduerſis frontibus ibaut
Hec contento ſuos in uertice flectere gyros
Ille ex diuerſo uertentem ſurgere contra
Obuius & toto ſemper decurrere mundo
Tempore que obſcure noctis deprendere ſignis
Iam poterant cælumq; ſuas diſtinxerat horas
Quot poſt excidium Troiæ ſunt eruta regna?
Quot capti populi quotiens fortuna per orbem
Seruitum imperiumq; tulit uarieq; reuertit.
Troianos cineres in quatum oblita reſouit
Imperium fatis Aſiæ iam grætia preſſa eſt
Sæcula dinumerare piget quotienſq; recurrens
Luſtraret mundum uario ſol igneus orbe.
Omnia mortali mutantur lege creata.
Nec ſe cognoſcunt terræ uertentibus annis
Exutas uariam faciem per ſæcula gentes
At manent in columis mundus ſuaq; omnia ſeruat
Que nec longa dies auget minuitq; ſenectus
Nec motus puncto currit curſuſq; fatigat.
Idem ſemper erit quoniam ſemper fuit idem.
Non alium uidere patres aliumue nepotes
Aſpicient.deus eſt qui non mutatur in æuo.
Nunqnã tranſuerſas ſolem decurrere ad arctos
Nec mutare uias & in ortum uertere curſus

Auroramq; nouis naſcentem oſtendere terris
Nec lunam certos excedere luminis orbes.
Sed ſeruare modum quo creſcat quoue recedat
Nec cadere:in terram pendentia ſydera cælo.

De paralellis circulis

Irculus ad boream fulgentem ſuſtinet arcton
Sexq; figit ſolidas a cæli uertice partis:
Altera ad extremi decurrens ſydera cancri
In quo conſumat phœbus lucemq; moramq;
Tardaq; per longos circumfert lumina flexus
Aeſtiuum medio nomen ſibi ſumit ab æſtu
Temporis & titulo potitur metaq; uolantis
Solis & extremos deſignat feruidus actus.
Et quinque in partes aquilones diſtat ab orbe
Tertius in media mundi regione locatus
Ingenti ſpera totum precingit olympum
Parte ab utraque uidens axem quo lumine phæbus
Componitur paribus numeris noctemq; diemq;
Veris & autumni currens per tempora mixta
Cum medium æquali diſtinguit limite cælum
Quattuor & gradibus ſua fila reducit ab æſtu
Proximus hunc ultra brumales nomine cingens
Vltima deſiguat fulgentis lumina ſolis.
Inuiaq; obliqua radiorum munera flamma
Dat pariter minimum nobis. ſed finibus illis
Quos ſuper incubuit longa ſtant tempora luce
Vixq; dies tranſit cadentem exttenta per æſtum.
Biſq; iacet binis ſummotus partibus orbis.

Vnus ab his ſuper eſt extremo proximns axi
Circulus hauſtrinas qui ſtringit & obſedit arctos.
Hic quoq; brumalem per partis relinquit
Et quantum a noſtro ſublimus cardine gyrus
Diſtat ab aduerſo tantundem proximus illi
Sic tibi per binas uertex a uertice partis
Diuiſus duplici ſume circundat olympum.
Et per quinqe notat ſignantis tempora fines.
His eadem eſt uia que mundo pariterq; rotantur
Incliues ſocioſq; ortus occaſibus æquant
Quando quidem ſexto quo totus uoluitur orbis
Fila trahunt alti circum comitantia cæli
Interualla pari ſeruantes limite ſemper.
Diuiſoſq; ſemel finis fortemq; dicatam
Sunt duo quos recipit ductos a uertice uertex
Inter ſe aduerſi qui cunctos ante relatos
Seq; ſecant gemino coeuntes cardine mundi
Tranſuerſoq; polo rectum ducuntur in axem
Tempora ſignantes anni: cælumq; per aſtra
Quattuor in partes diuiſum menſibus equis
Alter ab excelſo decurrens limes olympo
Serpentis caudam fictas & diuiditur arctos
Et iuga chelarum medio uolitantia gyro
Sed dimenſa ſuis conſumere tempora ſignis
Non caſus opus eſt magni ſed numinis ordo
Hec igitur texunt æquali ſydera tractu
Ignibus in uarias cælum laquentia formas
Altius hic nihil eſt, hec ſunt faſtigia mundi

Publica naturæ domus his contenta tenetur
Finibus ampleɗtens pontum terraſq; iacentis
Omnia concordi traɗtu ueniuntq; caduntq;
Qua ſemel incumbuit cælum uerſumq; reſurgit.

De magnitudine & latitudine mundi & ſignoꝝ

Ipſe autem quantum connexo mundus olympo
Obtineat ſpatium quantis bis ſena ferantur
Finibus aſtra docet ratio cui nulla reſiſtunt
Clauſtra. nec immenſe moles ceduntq; receſſus
Omnia ſuccumbunt ipſum eſt penetrabile cælum
Nam quantum a terris atq; æquore ſigna recedunt
Tantum bina patent: quantumq; inciditur orbis.
Per medium pars efficitur tum tertia gyri
Exiguo dirimens ſolidam diſcrimine ſummam.
Summum igitur cælum bis bina refugit ab imo
Altera biſſenis ut ſit pars tertia ſignis.
Sed quia per medium eſt tellus ſuſpenſa profundum
Binis a ſummo ſignis diſcedit & imo
Hinc igitur quodcunque ſupra te ſuſpicis ipſe
Qua per inane meant oculi quaq; ire recuſant
Bis binis equandum eſt ſignis ſextante rotundæ
Efficiunt orbem zonæ qua ſigna feruntur
Biſſex æquali ſpatio texentia cælum
Nec mirere uagos partus eadem eſſe per aſtra
Et mixtum ingenti generis diſcrimine fatum.
Singula cum tantum teneant tantoq; ferantur
Tempore ſex tota ſurgentia ſydera luce.
Reſtat ut æthereos finis tibi reddere coner

Filaq; diſpoſitis uicibus commitantia cælum
Per que dirigitur ſignorum flammeus ordo
Circulus a ſummo naſcentem uertice mundum
Permeat Atctophylaca patens per terga draconis
Extremamq; ſecans hydram mediumq; ſub aſtris
Centhaurum aduerſus concurrit rurſus in axe
Et redit in cætum ſquamoſaq; tergora cæti
Lanigeriq; notat fores clarumq; trigonum
Andromedæq; ſinus imos faſtigia matris
Principiumq; ſuum repetito cardine claudit
Alter in hunc medium ſummumq; incumbit in axem
Perq; pedes primos ceruicem tranſit & urſæ
Quam ſeptem ſtellæ primam iam ſole remoto
Producunt nigre prebentem lunam nocti
Et geminis cancrum dirimit ſtringit flagrantem
Ore canem clauumq; ratis que uicerat æquor
Inde axem occultam per gyri ſigna prioris
Tranſuerſa atq; alio rurſus de limite tangit
Te capricorne tuiſq; aquilam deſignat ab aſtris
Perq; liram in uerſam currens ſpiraſq; draconis
Poſteriora pedum cinoſure proterit aſtra
Tranſuerſamq; ſecat ucino cardine caudam
Hic iterum coit ipſe ſibi memor unde profectus

De orizonte

Tq; hoc æterna fixerunt tempora ſedem
Immotis per ſigna modis ſtatione perhemni
Hos uolucres fecere duos: namq; alter ab ipſa
Conſurgens helice medium precidit olynpum

Diſcernitq; diem ſextamq; examinat horam
Et paribus ſpatiis occaſus cernit & ortus
Hic mutans per ſigna uices ceu ſiquis eoos
Seu petit heſperios ſupra ſe circinat orbem
Verticibus ſuper aſtantem mediumq; ſecantem
Cælum & diuiſo ſignantem: lumine mundum
Quando aliis aliud medium eſt uolat hora per orbem
Cumq; loco terræ cælumq; & tempora mutat.
Atq; ubi ſe priuuis extollit phœbus ab undis
Illis ſexta manet quos tum premit aureus orbis
Rurſus ad heſperios ſexta eſt ubi cædit in umbras
Nos primam & ſummam ſextam numeramus utrāque
Et gelidum extremo lumen ſentimus ab igne
Alterius finis ſi uis cognoſcere giris
Circumfer facilis oculos uultumq; per orbem
Quicquid erit cæli primum terræq; ſupremum
Qua coit ipſe ſibi nullo diſcrimine mundus
Redditq; aut recipit fulgentia ſydera ponto
Præcingit tenui tranſuerſum limite mundum
Hec quoq; per totum uolitabit linea cælum
Nunc tantum ad medium uergens mediumq; repente
Orbem nunc ſeptem ad ſtellas: nunc mota ſub aſtra
Sed quocunq; uagæ tulerint ueſtigia plantæ
Has modo terrarum nunc has gradientis in oras
Semper erit nouus & terris: mutabitur arcus
Quippe aliud cælum oſtendens aliudq; relinquens
Dimidum tegit atq; refert uarioq; notauit
Fine & cum uiſu pariter ſua fila mouentem

Hic terreſtris erit: quia terram amplectitur orbis
Et mundum plano præcinxit limite girus
Atq; trahens Aſiæ titulum memoratur orizon

De zodiaco & lacteo circulis

Is addunt aliquos diuerſa fila trahentes
Inter ſe giros quorum fulgentia ſigna
Alter habet per que phæbus moderatur habenas
Sub ſequiturq; ſuo ſolem uaga delia curru
Et quinque aduerſo luctantia ſydera mundo
Exercent uarias naturæ lege choreas
Hunc tenet & ſummo Cancer Capricornus ab imo
Bis recipit lucem qui circulus æquat & umbras
Lanigeri & libræ ſigno ſua fila ſecantem
Sic per tres giros inflexus ducitur orbis
Rectaq; de nexo fallit ueſtigia cliuo
Nec uiſus aciemq; fugit tantumq; notari
Mente poteſt ſicut cernuntur mente priores
Sed nitet ingenti ſtellatus baltheus orbe
Inſignemq; facit celato lumine mundum
Et ter uicenas partis patet atq; tricenas
In longum biſſex lateſcit faſcia partis
Quæ cohibet uaria labentia ſydera curſu
Alter in aduerſum poſitas ſuccedit ad arctos
Et paulum a boreæ giro ſua fila reducit
Tranſitq; inuerſæ per ſydera caſſiopiæ
Inde per obliquum diſcendens tangit olorem
Aeſtiuoſq; ſecat finis aquilamq; ſupinam
Temporaq; æquantem girum zonamq; ferentem

Solis equos intra caudam qua ſcorpius ardet
Extremamq; ſagittari leuam atq; ſagittam
Inde ſuos ſinuat flexus per crura pedeſq;
Centhauri alternis rurſuſq; aſcendere cælum
Incipit argiuamq; ratem per ampluſtria ſumma
Et medium mundi gerum geminoſq; per imum
Signa ſecat ſubit Eniochum teq; unde profectus
Caſiopea petens ſuper ipſum perſea tranſit ipia
Orbemq; ex illa ceptum concludit in illa
Triſq; ſecat medios giros & ſigna ferentem
Partibus e binis quotiens preciditur ipſe
Nec querendus erit: uiſus incurrit in ipſos
SPonte ſua ſeq; ipſe docet cogitq; notari
Namq; in ceruleo candens nitet orbita mundo
Ceu miſſura diem ſubito cælumq; recludens
Ac ueluti uiridis diſcernit ſemita campos
Quam terit aſſiduo renouans iter orbita tractu
Inter diuiſas æquabilis eſt uia partis
Vt freta caneſcunt ſulcum ducente carina
Accipiuntq; uiam fluctus ſpumantibus undis
Quam tortus uerſo mouit de gurgite uertex
Candidus in nigro lucet ſic limes olympo
Ceruleum findens ingenti lumine mundum
Vtq; ſuos arcus per nubila circinat irſs
Sic ſuper incumbit ſignato culmine limes
Candidus: & reſupina facit mortalibus ora
Dum noua per cæca uibrantur lumina noctem
Inquirantq; ſacras humano pectore cauſas

Num ſe de ductis conetur ſoluere moles
Seminibus:raraq; labet compage carinæ
Admittaq; nouum laxato pectore lumen
Quid:quaſi non timeant magni cum uulnera cæli
Conſpiciant feriat oculos iniuria mundi
An coeat mundus dupliciſq; extrema cauernæ
Conueniant cæliq; oras & ſydera tangant
Perq; ipſos iungat nexus manifeſta cicatrix
Fiſſuram faciens mundi ſcapatus & orbis
Aeriam in nebulam clara compagine uerſus
In cuneos cogat alti fundamina cæli
An melius manet illa fides per ſecula priſta
Illac ſolis equos diuerſos curribus iſſe
Atq; aliam triuiſſe uiam longumq; per æuum
Exuſtas ſedes incoctaq; ſydera flammis
Ceruleam uerſo ſpeciem mutaſſe colore
Infuſumq; loco cinerem mundumq; ſepultum.
Famam etiam antiquis ad nos deſcenuit ab ancuſe
Phætontem patrio curru per ſigna uolantem
Diem noua mirati proprius ſpectacula mundi
Et puer in cælo badit curruq; ſuperbus
Luxuriat mundo cupit & maiora parente
Monſtratas liquiſſe uias orbemq; regentem
Impoſuiſſe polo ne ſigna inſueta tuliſſe
Errantis nutu flammis currumq; ſolutum
Deflexum ſolito curſu curuiſq; quadrigis
Quid querimur flammas totum ſeuiſſe per orbem
Terrarumq; rogum cunctas arſiſſe per urbis

Cum uaga diſperſi fluitarunt lumina curris
Et cælum exuſtum eſt luit ipſe incendia mundus
Et noua uictuis flagrarunt ſydera flammis
Nunc quoque preteriti faciem ſeruantia caſus?
Nec mihi celanda eſt famæ uulgata uetuſtas
Mollior e niueo lactis fluxiſſe liquorem
Pectore reginæ diuum cælumq; colore
In feciſſe ſuo qua propter lacteus orbis
Dicitur & nomen cauſa deſcendat ab ipſa
An maior denſa ſtellarum turba corona
Contexit flammas & craſſo lumine candet
Et fulgore nitet collato clarior orbis.
An fortes animæ dignataq; numina cælo
Corporibus reſoluta ſuis terræq; remiſſa
Huc nigrant ex orbe ſuumq; habitantia cælum
Ethereos uiuunt annos mundoq; fruuntur
Atq; hic aeacidas hic & ueneramur atridas
Tididenq; ferum terræq; mariſq; triumphis
Nature uictorem Ithacum piliumq; ſenecta
Inſignem triplici danaumq; ad pargama reges
Caſtram ducum: & cæli uictamq; ſub hectore troiam
Auctoreq; nigrum partum ſtirpemq; tonatnis
Rectorem lyciæ. nec te mauortia uirgo
Preteream regeſq; alios quos græcia miſit
Atq; aſiæ gentes & magno maxima bella
Q uiq; animæ uires & ſtrictas pondere mentis
Prudentes habuere uiri quibus omnis in ipſis
Senſus erat: iuſtus Solon fortiſq; Lygurgus.

Aethereuſq; platon & qui fabricauerat illum
Damnatuſq; ſuas melius damnauit athenas
Perſidis & uictor ſtrarat qui claſſibus æquor
Rhomamq; uiri quorum iam maxima turba eſt
Tarquinioſq; nimis reges: & horatia proles
Tota acies pontis. nec non ſeuola trunco
Nobilior maiorq; uiris & coclia uirgo
Et rhomana ferens quæ texit mœnia cocles
Et cum militia uolucres coruinis adeptus
Et ſpolia & nomen qui geſtat in alitæ phœbum
Et Ioue qui meruit cælum rhomamq; camillus
Seruando poſuit brutuſq; a rege receptæ
Conditor: ut pyrrhi per bella papirius ultor
Fabricius curiuſq; pares & tertia palma
Macellus coſſuſq; prior de rege necato.
Certantes decii uotis ſimileſq; triumphis.
Inuictuſq; mora Fabius uictorq; necati
Liuius haſdrubalis ſocio per bella Nerone.
Scipiadeq; duces fatum Cartaginis unum
Pompeiuſq; orbis domitor per triſq; triumphos
Ante deum princeps & cenſu Tullius oris
Emeritus cælum & claudia magna propago
Emiliæq; domus proceres clariq; metelli
Et Cato fortunæ uictor matriſq; ſub armis
Miles agreppa ſuæ ueneriſq; ab origine proles
Iulia deſcendit cælo cælumq; repleuit
Quod regit Auguſtus ſocio per tonante
Cernit & in cætu diuum magnumq; Quirinum

Altius etherei qua candet circulus orbis
Illa deum ſedes hec illis proximus diuum
Qui uirtute ſua ſimiles ueſtigia tangunt
Sunt alia aduerſo pugnantia ſydera mundo
Que celum terramq; inter uolitantia pendent
Saturni Iouis & Martis Soliſq; ſub illis
Mercurius Venerem inter agit Lunamq; locatus.
Hic prius incipiam ſtellis q̃ reddere uires
Signorumq; canam fatalia carmine iura
Implenda eſt mundi facies corpuſq; per omne
Quicquid ubiq; nitet uigeat quandoq; notandum eſt
Sunt etiam rare ſortis natalis euntes
Protinus & raptim ſubitas candeſcere flammas
Aera per liquidum tractoſq; per ire comœtas
Rara per ingentis uiderunt ſæcula motus
Siue q; ingenitum terra ſpirante uaporem
Humidior ſicca ſuperatur ſpiritus aura
Nubila cum longo ceſſant depulſa ſereno
Et ſolis radiis areſcit torridus aer
Acta alimenta ſibi dimiſſus corripit ignis
Materiamq; ſui deprendit flamma capacem
Et quia non ſolidum eſt corpus ſed rara uagantur
Principia aurarum uolucriq; ſimillima fumo
In breue uiuit opus ceptaq; incendia fine
Subſiſtunt pariterq; cadunt fulgente comœta
Quod niſi uicinos agerent occaſibus ortus
Et tam parua foret accenſis tempora flammis
Alter nocte dies eſſet cælumq; rediret

Immenſum & ſomno totum deprederet orbem
Tum quia non una ſpetie diſpergitur omnis
Arridior terræq; uapor comprenditur igni
Diuerſas quoq; per facies accenſa feruntur
Lumina que ſubitis exiſtunt nata tenebris.
Nam modo ceu longi fluitent de uertice crines
Flamma comas imitata uolat: tenuiſq; capillos
Diffuſos radiis ardentibus explice ignes
Nunc prior hæc facies diſperſis crinibus exit
Et globus ardentis ſequitur ſub imagine barbæ
Interdum æquali laterum compagine ductus
Quadratam ue trabem fingit teretemue columnam
Quin etiam tumidis exequat dolia flammis
Procerto diſtenta utero paruoſq; capillos
Mentitur paruis ſignis glomeratur in orbis
Hirta figurantis tremulo ſub lumine meſſes
Lampidas & fiſſas ramoſas fundit in ignis
Præcipites ſtellæ paſſimq; uolare uidetur
Cum uaga per liquidum ſcintillant lumina mundum
Et tenues longis iactantur crinibus ignes
Exuruntq; procul uolucres imitata ſagittas
Arrida cum gracili tenuatur ſemita filo
Sunt autem cunctis permixti partibus ignes
Qui grauidas habitant fabricantes flumina nubes
Et penetrant terras ætnamq; imitantur olympo
Et calidas reddunt ipſis in fontibus undas
Ac ſilice in dura uiridiq; in cortice ſedem
Inueniunt cum ſylua ſibi colliſa crematur

Ignibus uſq; adeo natura eſt omnis abundans
Ne mirere faces ſubitas erumpere celo
Aeraq; accenſum flammis lucere coruſcis
Arrida complexum ſpirantis ſemina terræ
Que uolucer paſcens ignis ſequiturq; fugitus
Fulgura qum uideas tremulum uibrantia lumen
Imbribus in mediis & cælum fulmine ruptum
Siue igitur ratio præbentis ſemina terræ
In uolucris ignes poſſunt generare comætas
Siue illas natura faces ob cuncta creauit
Sydera per tenuis cælo licentia flammas
Sed trahit ad ſemet rapido titanius aeſtu
Inuoluitq; ſuo flammatis igne comætas
Ac modo dimittit ſicut cyllenius orbis
Et uenus accenſo cum ducit ueſpere noctem
Serpentem falluntq; oculos rurſuſq; reuiſunt
Seu deus inſtantis fati miſeratur in orbe
Signa per affectus cæliq; incendia mittit
Nunq̄ futilibus excanduit ignibus aether
Squalidaq; eluſi deplorant arua coloni
Et ſteriles inter ſulcos defeſſus arator
Ad iuga mærentis cogit fruſtrata iuuencos
Aut grauibus morbis & lenta corpora tabe
Corripit exuſtis lætalis flamma medullis
Labentiſq; rapit populos totaſq; per urbis
Publica ſuccenſis peraguntur fata ſepulchris
Qualis ericthonios peſtis populata colonos
Extulit antiquas per funera pacis athenas

Alter in alterius labens qum fata ruebant
Nec locus artis erat medicæ nec uota ualebant
Ceſſerat officium morbis & funera deerant
Mortibus: & lachrymæ feſſus defecerat ignis
Et coaceruatis ardebant corpora membris
Et tanta quondam populo uiam contigit hæres
Talia ſignificant lucentes ſæpe cometæ
Funera cum facibus ueniunt criniſq; minantur
Ardentis ſine fine rogos cum mundus & ipſa
Egrotet natura nouum ſortita ſepulchrum.
Quin & bella canunt ignes ſubitoſq; tumultus:
Et claudeſtinis ſurgentia fraudibus arma
Extremas modo per gentis ut fœdere rupto
Cum fera ductorem rapuit germania uarum.
Infecitq; trium legionum ſanguine campos
Arſerunt toto paſſim minitantia mundo
Lumina & ipſa tulit bellum natura per ignis
Oppoſuitq; ſuas uires finemq; minata eſt
Nec mirere grauis rerumq; hominumq; ruinas
Sæpe domi culpa eſt: neſcimus credere cælo.
Ciuilis etiam motus: cognataq; bella
Significant nec plura alias incendia mundus
Suſtinuit: q̃ cum ducibus iurata cruentis
Arma philippeos implerunt agmine campos.
Vixq; etiam ſicca nubes rhomanus harena
Oſſa uirum lacenoſq; prius ſuperaſtitit artus.
Imperiumq; ſuis conflixit uiribus ipſum
Perq; patris pater auguſtus ueſtigia uicit

Nec dum finis erat reſtabant actia bella
Dotali commiſſa acie repetitaq; rerum
Prelia & in ponto quæ ſitus rector olympo'
Fœmineum ſortita iugum cum pompa pependit
Atq; ipſa iſiaco certarunt fulmina ſiſtro.
Reſtabant profugo ſeruilia milite bella
Cum patrios armis imitatus filius hoſtis
Equora pompeius cœpit defenſa parenti
Sed ſatis hoc fatis fuerit. iam bella quieſcunt
Atq; adamanteis diſcordia iuncta cathenis
Aeternos habeat frenos in carcere clauſa
Sit pater inuictus patriæ: ſit rhoma ſub illo
Cumq; deum cælo dederit non querat in orbe.

Capitula primi libri

Prohemium De origine mundi Quare terra ſit rotunda De duodecim ſignis De ariete & cæterorum ordine De æternitate mūdi De paralellis circulis De magnitudine & latitudine mūdi & ſignorū De orizōte De zodiaco
Explicit liber primus Incipit eiuſdem liber ſecundus

De regibus qui fuerunt ſub hectore

Aximus Iliace gentis certamina uates.
E quinquaginta regum regemq; patremq;
Hectoreamq; facit tutam ſubq; hectore troiam
Erroremq; ducis totidem quod fecerat annis
Inſtantem bello geminata per agmina ponto
Vltimaq; in patria captiſq; penatibus arma
Ore ſacro cæcinit patria at que uira petentem
Dum dabat eripuit cuiuſq; ex ore profuſo

Omnis poſteritas latices in carmina duxit
Amnemq; in tenuis auſa eſt deducere riuos.
Vnius fecunda bonis ſed proximus illi
Heſiodus memorat diuos:diuumq;,parentis.
Et cahos enixum terras orbemq; ſub illo.
Inifantem:& primu titubantia ſydera corpus
Titanaſq; ſenes iuniſſe cunabula magni
Et ſub fratre uiri nomen ſine fratre,parentis
At iterum patrio naſcentem corpore bachum.
Omnia que immenſe uolitantia lumina mundo.
Quin etiam ruris cultus legeſq; rogauit.
Miliciamq; ſoli:ꝙ colles bacchus amaret
Quod fæcunda ceres campos:ꝙ bacchus utrumq;
Atq; arbuſta uagis eſſent:ꝙ adultera ponus.
Syluarumq; deos ſacrataq; numina nymphas
Pacis opus:magnos naturæ condit in uſus.
Aſtrorum quidam uarias dixere figuras.
Signaq; diffuſo paſſim habentia cælo
In proprium cuiuſq; genus cauſaſq; tulete
Perſi & andromedæ penas matremq; dolentem
Soluentemq; patrem raptamq; lycaone natam
Officioq; Iouis Cynoſuram lacte capellam.
Et furto cygnum pietate ad ſydera ductam
Erigonen ictuq; nepam:ſpolioq; leonem
Et morſu cancrum piſces cythereide uerſa
Lanigerum uicto ducentem ſydera ponto
Cæteraq; ex uariis pendentia caſibus aſtra
Ethera per ſummum uoluerant fixa reuolui.

Quorum carminibus nihil eſt niſi fabula cælum
Terraq; compoſuit cælum quæ pendit ab illo.
Quin etiam pecorum ritus & pana ſonantem
In calamos ſicula memorat tellure creatis
Nec ſiluis ſilueſtræ canit perq; horrida motus
Rura ſerit dulcis muſamq; inducit in auras.
Ecce alius pictas uolucris: & bella ferarum
Ille uenenatos anguis: hic nata per herbas
Fata refert: uitamq; ſua radice ſerentis
Quin etiam tenebris immenſum tartara natum
In lucem de nocte uocant orbemq; reuoluunt
Itnerius uerſum naturæ fœdere rupto
Omne genus rerum doctæ cecinere ſorores
Omnis ad acceſſus heliconis ſemita trita eſt
Et iam confuſi manant de fontibus amnes.
Nec capiunt hauſtum turbamq; ad ſacra ruentem.
Integra quæramus rorantis prata per herbas.
Vndamq; occultis meditantem murmur in antris
Quam neq; durato guſtarint ore uolucres
Ipſe nec æthereo phœbus libauerit igni
Noſtra loquar: nulli natum debebimus ora
Nec furtum ſed opus ueniet: ſoloq; uolamu
In cælum curru propria rate pellimus undas.
Namq; canam tacita naturæ mente potentem
Infuſumq; deum cælo: terriſq; fretoq;.
Ingentem æquali moderatem fœdere molem
Totumq; alterno conſenſu uiuere mundum.
Et rationis agi motu cum ſpiritus unus

Per cunctas habitet partis atq; irriget orbem
Omnia peruolitans corpuſq; animale figuret
Q uod niſi cognatis membris contexta maneret
Machina & impoſito pareret tota magiſtro
Ac tantum mundi regeret prudentia ſenſum
Non eſſet ſtatio terris non ambitus aſtris
Hæreretq; uagus mundus ſtandoq; rigeret
Nec ſua diſpoſitos ſeruarent ſydera curſus.
Noxq; alterna diem fugeret rurſumq; fugaret
Non imbres alerent terras non æthera uenti
Non pontus grauidas nubes:nec flumina pontum
Nec pelagus fontis: nec ſtaret ſumma per omnis
pars ſemper partes æquo digeſta parente
Vt neq; defficerent undæ nec ſydera nobis
Nec cælum iuſto maiuſue minuſue uolaret
Motus alit:non mutat opus ſic omnia toto
Diſpenſata manent mundo diuumq; ſequuntur.
Hic igitur deus & ratio quæ cuncta gubernat
Ducit ab æternis terrena animalia ſignis
Q ue quãquã longo cogit ſummota receſſu
Sentiri tamen ut uita ac fatu miniſtrent
Gentibus:ac proprios per ſingula corpora mores.
Nec minus eſt querenda fides ſic temperat arua
Cælum: ſic uarias ftuges redditq; rapitq;.
Sic pontum mouet & terris imitttit & aufert
Atq; hec ſeditio pelagi nunc ſydera lunæ
Mota tenent: nunc diuerſo ſtimulata receſſu
Nunc anni ſpatio phœbum comitata uolantem c iii

Sic ſub merſa fretis concharum & carcere clauſa
Ad lunae motum uariant animalia corpus
Et cum damna tuas imitantur delia uires
Tu quoq; fraternis ſic reddis cornibus orta
Atq; iterum ex iiſdem repetis quantumq; relinquit
Aut dedit ille refert & ſydus ſydere conſtans
Deniq; ſic pecudes: & muta animalia terris:
Cum maneant ignara ſui regiſq; per æuum
Natura tamen ad mundum reuocante parentem
Attollunt animos cælumq; ac ſydera ſeruant
Corporaq; ad lunæ naſcentis cornua luſtrant
Venturaſq; uident hyemis reditura ſerena
Quis dubitet poſt hec hominem coniungere cælo?
Eximiam natura dedit linguamq; capaxq;
Ingenium uolucremq; animum quem deniq; in unum
Deſcendit deus atq; habitat ipſumq; requirit
Mitto alias artis quarum eſt permiſſa uoluntas
Infidos adeo nec noſtri munera cenſus
Mitto ꝙ æquali nihil eſt ſub lege tributum
Quod patet auctores humani corporis eſſe.
Mitto quod certum eſt & inuitabile fatum
Materiæq; datum eſt cogi ſed cogere mundo.
Quis cælum poſſit niſi cæli munera noſſet.
Et reperire deum: niſi quis pars ipſa deorum eſt?
Atq; hanc connexi molem ſine fine parentis
Signorumq; choros ac mundi flammea tecta
Aeternum & ſtellis aduerſus ſydera bellum
Ac terras cæloq; fretum ſubiectaq; utriſque

Cernere & anguſto ſub pectore claudere poſſit
Hi tantos animis oculos natura dediſſet
Cognatamq; ſibi mentem uertiſſet ad ipſum.
Et tantum ditaſſet opus cæloq; ueniret.
Q uod uocat in cælum ſacra ad commercia rerum
Et primas quas dant leges naſcentibns aſtra
Q uis neget eſſe nefas inuitum prendere mundum
Et uelut in ſemet captam deducere in orbem?
Sed nec circuitu longo manifeſta probentur
Ipſa fides operi faciet pónduſq; fidemq;
Nam neq; decipitur ratio nec decipit unquã
Rite ſecanda uia eſt ac ueris credita cauſis.
Euentuſq; datus qualis prepicitur ante.
Q uod fortuna ratum faciat quis dicere falſum
Audeat? & tantæ ſuffragia uincere ſortis
Hec ego diuino cupiam cum ad ſydera flat
Ferre nec in turbam nec turbæ carmina quondam:
Sed ſolus uacuo ueluti uectatus in orbe
Verbera tam currus non occurſantibus ullis
Nec pariter ſocios commune gerentibus actus
Sed cælo noſcenda: canam mirantibus aſtris.
Et gaudente ſui mundo per carmina uatis.
Vel quibus illa ſacros non inuidere meatus
Notiamq; ſui minima eſt quæ turba per orbem.
Illa fluit quæ diuitias quæ diligit aurum
Imperia & faſces mollemq; per ocia luxum
Et blandis aduerſa ſonis dulcemq; per aures
Affectum, ut modico noſcendo ad fata labore

Hoc quoq; fatorum eſt legem perdiſcere fati
At primum aſtrorum uaria eſt natura notanda.
Carminibus per utrumque genus. nam maſcula ſex ſunt
Diuerſi totidem generis ſub principe thauro
Cernis ut aduerſus redeundo ſurgit in arcum:
Alternant genus: & uicibus uariantur in orbem.
Humanas etiam ſpecies in parte uidebis.
Nec mores diſtant pecudum pars atq; ferarum
Ingenium facient que iam ſignanda ſagaci
Singula ſunt animo propria que ſorte feruntur.

Que ſigna duplicia ſunt & biforma

Nunc binis inſiſte dabunt geminata potentis
Per ſocium effectus: multū comes addit & aufert.
Ambiguiſq; ualent que ſint collegia fatis
Ad meritum noxamq; duos per ſydera piſces
Et totidem geminos nudatis aſpice membris
His coniuncta manent alterno brachia nexu
Diſſimile eſt illis iter in contraria uerſis
Par numerus ſed enim diſpar natura notanda eſt
Atq; hec ex paribus toto gaudentia cælo
Signa manent nihil exterius mirantur in ipſis.
Amiſſumue dolent quedam ꝗ parte reciſa
Atq; ex diuerſo commiſſis corpore membris
Vtq; capricornus qui tentum dirigit arcum
Iunctus equo: pars huic hominis: ſed nulla prioris.
Hoc quoq; ſeruandum eſt alta diſcrimine in arce
Diſtat enim gemina duo ſint duplaue figura.
Quin etiam erigione binis numeratur in aſtris

Nec facies ratio duplex: nam deſinat æſtas
Incipit autumnus media ſub uirgine uterque
Id circo tropicis præcedunt omnibus aſtra
Bina ut lanigero chelys cancroq; caproq;
Quod duplices retinet connexo tempore uires.
Vt quod ſubſequitur cancer ſub ſydera fratres
Et geminis alter florentia tempora uires
Sufficit æſtatem ſitientem prouehit alter
Nudus uterque tamen ſentit quia uterque calorem
Ille ſeneſcentes uires ſubeuntis & ille
Aetatis pars eſt primæ ſors ultima parti
Nec non arcitenens qui te capricorne ſub ipſo
Promittit duplici formatus imagine fertur
Mitior autumnus mollis ſibi uendicat artus
Materiamq; hominis fert tergo membra regentem
Excipiunt hyemem nec iamq; in tempora ſignum
Quoſq; aries præ ſe mittit duo tempora piſces
Bina dicunt hyemem claudit uer inchoat alter
Cum ſol equoreis reuoluans decurrit in aſtris
Hyberni coeunt cum uer tunc roboris imbres
Vltra ꝙ ſurſum oris habet fluitantia ſigna

### Que ſigna ſint aduerſa

Quod tria ſigna nouē ſignis cōiuncta repugnāt
Et quaſi ſeditio celum tenet aſpice thaurum
Clunibus: & geminos pedibus teſtudine cancrum
Surgere cum rectis oriatur cætera membris
Ne mirere moras cum ſol aduerſa per aſtra
Aeſtiuum tardis attollit menſibus annum

Q ue ſigna nocturna aut diurna ſint

Nec te pœniteat nocturna diurnaq; ſigna
Q ue ſunt perſpicere & propria deducere lege
Non tenebris aut luce ſuam per agentia noctem
Nam commune foret nullo diſcrimine nomen
Omnia que certis uicibus per tempora fulgent
Et nunc illa dies nunc noctes illa ſequntur
Sed quibus illa parens mundi natura ſacrata eſt
Temporis attribuit partis ſtatione perenni
Namq; ſagittari ſignum rapidiq; leonis
Et ſua reſpiciens aurato uellere terga.
Tum piſces cancer: & cancri ſcorpion ictu
Aut uicina loco diuiſa aut partibus æquis
Omnia dicuntur ſimili ſub ſorte diurna
Cætera nec numero conſortia nec uitæ ſedis
Interiecta locis totidem nec ſigna feruntur
Q uin etiam ſex continuis dixere diurnas
Eſſe uoces caſtoris que ſunt a principe ſigno
Lanigeri: ſex a libris nocturna uideri.
Sunt quibus eſſe diurna placet: que maſcula ſurgunt.
Femina in noctem tutis gaudere tenebris.
Q uod non nulla ſibi nullo monſtrante loquntur.
Neptuno debere genus ſcopuloſus in undis
Cancer & effuſo gaudentes in æquore piſces.
Vt que terrena cenſentur ſydera ſorte.
Princeps armenti thaurus regnoq; ſuperbus
Lanigeri gregis eſt aries poſituſq; duorum
Prædatorq; leo: dumoſis ſcorpius aruis.

Sunt etiam mediæ legis communia ſigna.
Ambiguus terræ capricornus: aquarius undis
Parſq; marina nitens fundentis ſemper aquari
Humida terrenis atq; illis terrea mixta.

Que ſigna fecunda ſint

Non licet a minimis animum deflectere cauſis
Nec quicquam rationis eget fruſtraue creatum
Fecundum eſt proprie cancri genus: acer & ictu
Scorpius & partu complentis æquora piſces.
Sed ſterilis uirgo eſt ſimili coniuncta leoni
Nec capit aut captos effundit aquarius ortus.
Inter utrumque manet capricornus corpore mixto
Et qui contento fulget centhaurus in arcu
Communiſq; aries æquantem tempora libram.
Et geminos thaurumq; pari ſub ſorte recenſet.

Que ſint currentia ſigna aut recta

Nec tu nulla putes in eo commenta notaſſe
Naturam rerum ꝙ ſunt currentia quedam
Vt leo & architenens arieſq; in cornua tortus.
Aut que recta ſuis librantur ſtantia membris
Vt uirgo & gemini fundens & aquarius undas

Que ſigna ſint ſedentia aut iacentia

Vel que feſſa ſedent pigras referentia mentis
Thaurus depoſitis collo ſopitus aratris.
Libra ſub emerito conſedens orbe laborum.
Tuq; tuo capricorne gelu contrractus in aſtris.
Contra iacet cancer patulam diſtentus in aluum

Scorpius incumbens plano ſub corpore terræ
In latus obliquos piſcis ſemperq; iacentis.

Q ue ſigna ſint debilia

Q uod ſi ſolerti circumſpicis omnia cura
Fraudata inuenies ammiſſis ſydera membris
Scorpius in libra conſumit brachia: thaurus
Succidit in curuo claudus pede lumina cancri
Dextrum centhauro ſuper eſt & queritur unum.
Sic noſtros caſus ſolatur mundus in aſtris
Exemploq; decet pacienter damna ſubire.
Omnis cum cælo fortunæ pendeat ordo.
Ipſaq; debilibus formentur ſydera membris
Temporibus quoq; ſunt propriis pollentia ſigna.
Aeſtas a geminis autumnus uirgine ſurgit.
Bruina ſagittifero: uer piſcibus incipit eſſe.
Q uattuor in partes: ſcribuntur ſydera terræ
Hyberna æſtiuis: autumnis uerna repugnant.

Cognoſcere proprias formas ſignorum

Nec ſatis eſt proprias ſignorum noſcere formas
Conſenſu quoq; fata mouent & fœdere gaudent
Atq; aliis aliæ ſuccedunt ſorte locoq;
Circulus ut deſtro ſignorum clauditur orbe.
In tres æquales diſcurrit linea ductus
Inq; uicem extremis iungit ſe finibus ipſa
Et quecumque ſerit dicuntur ſigna trigona.
In tria partitur ꝙ ter cadit angulus aſtra
Q ue diuiſa manent ternis diſtantia ſignis
Laniger & paribus ſpatiis duo ſigna leonis.

Atq; ſagittari diuerſo conſpicit ortu
Virginis & thauri capricorno conſonat aſtrum.
Cætera ſunt ſimili ratione triangula ſigna
Per totidem toti deſunt que condita mundo.
Sed diſcrimen erit dextris: ſeu cauſa ſiniſtra
Que ſubeunt que præcedunt dextra eſſe feruntur
Dextera erit thauro capricornus uirgo ſiniſtra.
Hoc ſatis exemplo eſt ad que diuerſa quaternis
Partibus æquali laterum ſunt condita ductu.
Quorum deſignat normalis uirgula ſedes
Sic iuſtam ſpectat libram capricornus & inde
Conſpicit hunc aries atq; illum partibus æquis
Cancer & hunc leua ſubeuntis ſydera libræ
Semper enim dextris cenſentur ſigna priora
Scilicet in totidem partis deducere cuncta
Ternaq; biſſenis quadrate fingere ſignis.
Quorum propoſito redduntur in ordine uires.

De mẽſura trigonum & quadratorũ in partes

Ed ſi quis contentus erit numeraſſe qudrata
Diuiſum ſignis mundum putet eſſe quaternis
Aut tria ſub quinis ſignis ornare trigonum.
Vt ſocias uires & amicos exigat ortus.
Fœdera que inueniat mundi cognata per aſtra
Falſus erit. nam quina licet ſint undiq; ſigna
Qui tamen ex ſignis que quinto quoq; feruntur
Aſtra loco fuerint nati ſentire trigoni
Non poterunt uires licet illud nomine ſeruent.
Amiſere loco dotes: numiſq; repugnant

Nam cum ſint partes orbis per ſigna trecentæ
Et ter uicenæ quas phœbi circuit ardor
Tertia pars eius numeri latus efficit unum
In tres perducti partes per ſigna trigoni
Hanc autem numeri non reddit linea ſummam
Si ſignum a ſigno non pars a parte notetur
Quod q̄uis duo ſint tribus a dirimantibus aſtra
Si tamen extremam leui primam ue prioris
Inter ſe conferre uoles numerumq; notare
Ter quinquagenas implebunt ordine partis
Tranſibit numerus formam fineſq; ſequentis
Conſumet ductus. licet ergo ſigna trigona
Dicantur partis non ſeruant illla trigonas
Hec eadem ſpeties fallit per ſigna quadrata
Quod cum totius numeri qui conſtruit orbem
Ter triginta quadram partes per ſydera reddant
Euenit:ut prima ſigni de parte prioris
Si partem ad ſummam ducatur uirga ſequentis
Biſſexagenas faciet ſua ſumma prioris
Et pars confertur ſubiuncti prima duorum
Signorum:in medio numeri tranſitq; refertq;
Triginta duplicat partis pars tertia deerit
Et q̄uis quartum a quarto quis computet aſtrum
Naufragium facient partes unius in ipſis.
Non igitur ſatis eſt ſignis numeraſſe trigonas
Quadrati ue fidem cæli per ſigna quaterna
Quadrati ſi forte uoles effingere formam
Partibss aut trinis facies cum membra trigoni

Hic poſcit quartam partem centeſima ſumma
Illic amittit decimam ſic conuenit ordo.
Et quiſcunque quater cunctis fauet angulus uſq;.
Q ueque loca in triplici ſignarit linea ductu
Cum ſignata uiæ linquet d iſpendia rectæ
Itaq; uicem affectus & mutua iura fauoris
Q uo circa non'omnis habet genitura trigonos
Conſumet ductus licet ergo ſigna trigona
Dicantur partis non ſeruant illa trigonis.
Conſenſum ſignis: nec cum ſinr ſorte quadrata.
Cuntinuo inter ſe ſeruant commertia rerum
Diſtat enim an partis conſumat linea iuſtas
Detractetq; modum numeri: quem circulus ambit.
Nunc tres efficiet nunc quattuor undiq; ductus.
Q uos in plura iuuet ratio procedere ſigna
Interdum q̃ ſint numeris memorata per orbem.
Sed longe maior uis eſt per ſigna trigoni
Q uã quibus eſt titulus ſub quarto quoq; quadratus
A ltior eſt horum ſummoto linea templo
Illa magis uicina meat cæloq; recedit
Et propius terras accedit uiſus eorum
Aeraq; infectum noſtras dimittit ad auras.

De ſignis exagonis

Euiaq; alternis data ſunt commertia ſignis
Mutua nec magno conſenſu fœdera ſeruant
In uita anguſta q; linea flectitur orbe
Nam cum per tales formantur ſingula limes
Sydera & alterno diuertitur angul us aſtro

Sexq; per anfractus curuatur uirgula in orbem
A thauro uenit in cancrum: tum uirgine tacta
Scorpion ingreditur qua te capricorne rugentem
Et geminos a te piſcis aduerſaq; thauri
Sydera contingens finit qua cœperat orbem
Alternis ductus locus & per rranſita ſigna.
Vtq; ea preteream que ſunt mihi ſingula dicta
Flexibus & totidem ſimilis ſit circulus illis
Tranſuerſos igitur fugiunt ſubeuntia uiſus.
Q uod nimis inclinant aciem limiſq; uidentur.
Vicinaq; latent ex recto certior ictus.
Tertia conuerſo condnutnr ſigna receſſu
Et que ſuccedit connexo linea cælo
Singula circuitu que tantum tranſeat aſtra
Vis eius procul eſt altoq; uagatur olympo
Et tenuis uires ex longo mittit in orbem.
Sed tamen eſt illis phœbus ſub lege propinquus.
Q uod non diuerſum genus eſt quod euntibus aſtris
Maſcula ſed maribus reſpondent cætera ſexus
Feminei ſe coniungunt commertia mundi
Sic quicquam alternis paret natura figuris
Et cognata iacent certis ſub legibus aſtra

De coniunctis ſignis & quare ſexto loco ſint

Am uero nulla eſt herentibus addita ſignis
Gratia nam conſenſus habet quia uiſus ademptus
In ſe cuncta ferunt anno qnæ cernere poſſunt
Sunt etiam aduerſi generis cunnexa per orbem
Maſcula femineis ſemper obſeſſa uiciſſim

Diſparibus non ulla datur concordia ſignis
Sexta quoq; in nullas numerantur commoda uires
Virgula per totum quod pars non ducitur orbem
Sed duo ſigna facit mediis ſub mota quaternis.
Tertius aſſumpto ductus non ſufficit orbe.

### De contrariis ſignis

Atq; ea diuerſis ex partibus aſtra reſulgent
Per medium aduerſo mundum pendentia uultu
Et toto diuiſa manent contraria cælo.
Septima quoq; loco quãuis ſub mota ferantur
Vel bello uel pace ſuas ut tempora poſcunt
Nunc phœbo ſtellis:nunc & dictantibus iras
Quod ſi forte libet que ſunt contraria ſigna
Per titulos celebrare ſuos ſedeſq; memento
Solſtitium brumæ capricornum opponere cancro
Lanigerum libræ par nox in utroque dieſq; eſt.
piſcibus erigonem:inueniq;.urnæq; leonem
Scorpius eſummo cum fulget taurus in imo eſt
Et cadit architenens geminis orientibus orbe
Obſeruant inter ſeſe contraria curſus.
Sed quãquã aduerſis fulgent contraria ſignis.
Natura tamen interdum ſociata feruntur.
Et generum exemplis concordia mutua ſurgit
Maſcula ſi paribus uel ſi diuerſa ſuorum eſt.
Reſpondent generi piſces & uirginis aſtrum.
Aduerſi uolitant:ſed amant communia iura
Et uincit natura locum:ſed uincitur ipſa
Temporibus cancerq; tibi capricorne repugnat. d

Hinc rigor & glacies niuibuſq; albentia rura
Hinc ſitis & ſudor nuduſq; in collibus orbis.
Aeſtiuoſq; dies æquat nox frigida brumæ.
Sic bellum natura gerit: diſcordat & annum.
Ne mirere in ea pugnantia ſydera parte.
At non lanigeri ſignum libræq; repugnat.
In totum quia uer autumni tempore differt.
Fructibus hic implet maturis floribus illud
Sed ratione pari eſt æqualis nocte diebus
Temporaq; efficiunt ſimili concordia textu
Permixtoſq; dies mediis hyemem inter & æſtum
Articulis uno ſeruantia tempore utrumque
Quo minus in feſto decertent ſydera cælo.
Talis erit ratio diuerſis addita ſignis.

Sub cuius dei tutela queque ſint ſigna

His animaduerſis rebus quæ proxima cura
Noſcere tutelas adiectaq; numina ſignis.
Et que cuique deo rerum natura dicauit
Cum diuina dedit magnis uittutibus ora
Condidit & uarios ſacro ſub numine mores.
Pondus uti rebus perſona imponere poſſit.
Lanigerum pallas taurum cytherea tuetur.
Formoſos phœbus geminos cylleniæ cancrum.
Iuppiter & cum matre deum regit ipſe leonem.
Spiciſere eſt uirgo cereris fabricataq; libra
Vulcano pugna mauorti ſcorpion hæret
Venantem diana uirum ſed partis equinæ
Atq; anguſta fouet capricorni ſydera ueſta

Et Iouis aduerſum Iunonis aquarius aſtrum eſt
Agnoſcit ꝙ ſuos neptunus in æquore piſces.
Hinc quoqꝫ magna tibi uenient momenta futura
Q um ratio tua fert ſtellas & ſydera curet
Argumenta petes omni de parte uiaſqꝫ
Artis ut ingenio diuiſa potentia ſurgat
Exæquentqꝫ fidem cæli mortalia cordia.

Q ue mēbra hūana cuique ſigno ſint attributa

Accipe diuiſas hominis per ſydera partis
Singula que in propriis parentia ſigna figuris
In quis precipuas toto de corpore uires
Exercent aries caput eſt ante omnia princeps
Sortitur cenſus quoſque & pulcherrima:colla
Taurus & in geminis æquali brachia ſorte
Scribuntur connexa humeris pectuſqꝫ locatum
Sub cancro eſt.laterum regnum ſcapulæqꝫ leonis.
Virginis in propriam deſcendunt Ilia ſortem.
Libra regit clunis: & ſcorpius inguine gaudet.
Centauro femora accedunt:ſcorpius utriſqꝫ
Imperat in genibus:crurum fundentis aquari
Arbitrium eſt.piſceſqꝫ pedum ſibi iura repoſcunt.

Signorū cōmertia audit⁹ uiſus amores & odia

Q uin etiam propriis inter ſe legibus aſtra
Conueniunt.& certa gerant commertia rerum
Inqꝫ uicem preſtant uiſus atqꝫ auribus hærent
Aut odium fœdus ue gerunt conuerſaqꝫ quedam
In ſemet propio ducuntut plena fauore
Id circo aduerſus non nunꝗ gratia ſignis

Et bellum ſociata gerunt alienaq; ſedem
Inter ſe generant coniunctos omne per æuum
Vtrique & ſorti pugnant fugiuntq; uiciſſim
Sed deus in leges mundum qum conderet omnem.
Affectus quoq; diuiſit uariantibus aſtris
Atq; aliorum oculos: aliorum contulit aures
Iunxit amicitias horum ſub fœdere certo
Cernere ut inter ſe poſſint audireq; quedam.
Diligerent alia: & noxas bellumq; mouerent
His etiam proprie foret indulgentia ſortis
Vt ſe deligerent ſemper ſibiq; ipſa placerent.
Sicut naturas hominum pleraſq; uidemus.
Qui genus ex ſignis ducunt ſormanribus ortus
Conſilium ipſe ſuum eſt aries ut princeps dignum eſt·
Audit ſed libramq; uidit fruſtratur amando
Taurus lanigero qui fraudem nectit & ultra
Fulgentes uidet atq; audit per ſydera piſcis
Virgine mens capitur ſic quondam geſſerat ante
Europam dorſo retinentem cornua leua
Indutuſq; Ioui geminornm ducitur aures
Ad iuuenem eternas fundentem piſcibus undas
Inq; ipſos animum piſcis oculi leonem
Cancer & aduerſo capricornus conditur aſtro
Vertitur in ſemet oculis in mutaq; tendit
Auribus & cancri captatur aquarius aſtro.
At leo cum geminis aciem coniungit & aurem
Centaurus geminos capricorni diligit aſtrum
Erigone taurum ſpectat: ſed ſcorpion audit

Atq; ſagittifero conatur nectere fraudem
Libra ſuos ſequitur ſenſus ſolumq; uidendo
Lanigerum. atq; animo complexa eſt ſcorpion infra
Ille uidet piſces auditq; per omnia libram
Necnon arcitenens magno parere leoni
Auribus atq; oculis ſignum fundentis aquari
Conſpicere aſſueuit ſolamq; ex omnibus aſtris
Diligit erigonem. contra capricornus in ipſum
Conuertit uiſus quid enim mirabitur ille
Maius in auguſti fœlix cum fulſerit ortum
Auribus & ſummi captat faſtigia cancri
Et nudus geminis intendit aquarius aurem
Sublimenq;. colit cancrum ſpectaq; reducta
Tela ſagittiferi piſces ad ſcorpion acrem
Dirrexere aciem cupiuntq; attendere taurum
Has natura uices tribuit cum ſydera fixit
His orti ſimiles referunt per mutua cenſus
Audire & cupiunt alios alioſq; uidere
Horum odio nunc horum iidem ducuntur amore.
Illis inſidias tendunt captantur ab illis
Quin aduerſa meant etiamq; trigona trigonis
Alteraq; in bellum diuerſo limite ducit
Linea. ſic ueri per totum conſonat ordo
Nanq; aries leo & arcitenens ſociata trigono
Signa negent chelis fœdus totiq; trigono
Quod gemini excipiunt fundens & aquarius undas
Idq; duplex ratio cogit uerum eſſe fateri
Quod tria ſigna tribus ſignis contraria fulgent

Quodq; æterna manent hominum bella atq; ferarum
humana eſt facies libræ diuerſa leonis
Id circo cedunt pecudes ꝙ uiribus amplis
Conſilium eſt maius uictus leo fulget in aſtris
Aurea lanigero conceſſit ſydera pellis.
Ipſe ſue partis centaurus tergore cedit
Vſq; adeo eſt hominis uictus: ꝙ mirer ab illis
Naſcentis libræ ſuperari poſſe trigonum.
Quin etiam breuior ratio eſt per ſigna ſequenda
Nam quecumque nitent humana condita forma
Aſtra manent illis inimica & uicta ferarum
Sed tamen in proprias ſecedunt ſingulas mentis.
Et priuata gerunt ſecretis hoſtibus arma
Lanigero genitis bellum eſt cum uirgine natis
Et libra gemini piſces quos perculit unda
In partis tauri ſub cancro nata feruntur
Pectora & in chelis & que dat ſcorpius acer
Et piſces: atq; hos geminorum ſydera formant
His cum lanigero bellum eſt eiuſq; trigono
In cancro genitos a capricorno ſemina ledunt
Et libræ partus: & quos dat uirginis aſtrum.
Quiq; ſub aduerſi numerantur ſydere tauri
Lanigeri communis erit rabidiq; leonis
Hoſtis. ſed totidem bellum ſub ſcribitur aſtris.
Erigone taurumq; timet geminiq; ſub arcu
Centaurum & piſces & te capricorne rigentem
Maxima turba petit libram capricornus & illi
Aduerſus cancer chelis quod utrumque quadratum eſt.

Quiq; in lanigeri numerantur ſigna trigonum
Scorpius in totidem fæcundus creditur hoſtis.
Equoreum iuuenem: geminos taurum atq; leonem
Erigonem libramq; fugit metuendus & ipſe.
Quiq; ſagittiferi ueniunt de ſydere partus
Hos geminis nati libraq; & uirgine & urna
Depreſſiſſe uolunt legem & natura iubentem
Nec eadem capricorne tuis inimica feruntur
Et quos æternis perfundit aquarius undis
Ad pugnam ueniens cogit totumq; trigonum
Turba ſub unius iuuenis uirtute ferarum.
Piſces exortos uicinus aquarius urget
Et gemini fratres: & quos dat uirginis aſtrum
Quiq; ſagittiferi decedunt ſydere nati.
Hæc ſola eſt ratio quæ dat naſcentibus arma.
Inq; odium generet partus & mutua uelle
Sed plerumq; manent inimica tertia queque
Lege intranſuerſum uultu defixa maligno
Quoq; manent quecunque loco contraria ſigna
Aduerſoſq; gerunt inter ſe ſeptima uiſus
Tertia queque illis utriuſque trigona feruntur
Ne ſit mirandum ſi phœbus non datur aſtris
Que ſunt aduerſis ſignis cognata trigoni:
Per tot ſignorum ſpeties contraria ſurgunt
Corpora tot modis quotiens inimica creantur.
Id circo nihil ex ſemet natura creauit
Pectore amicitiæ maius nec rarius unquã.
Vnus erit pylades unus qui malit horeſtes

Ipſe mori leuis una fuit per ſæcula mortis
Alter ꝗ caparet fatum non crederet alter
Et duo qui potuere ſequi uix noxia pænis
Optauitq; reum ſponſor non poſſe reuerti
Sponſoremq; reus timuit ne ſolueret ipſum.
Perq; tot ætates hominum tot tempora & annos
Tot bella & uarios etiam ſub pace labores
Et fortuna fidem quærat uix inuenit uſq̄.
At quanta eſt ſcelerum moles per ſæcula cuncta:
Quã ꝗ onus inuidiæ non excuſabile terris
Venales ad fata patres matrumq; ſepulchra
Impoſuit phœbus noctem terraſq; reliquit.
Quid loquar euerſas urbis: & prodita templa:
Et uarias pacis clades: & mixta uenena.
Inſidiaſq; feri ædes in mœnibns ipſis
Et ſub amicitiæ graſantem nomine turbam.
In populo ſcelus eſt & abundant cuncta furore
Et fas atq; nefas mixtum legeſq; per ipſas
Sæuit nequities pænas iam noxia uincit
Scilicet in multis quoniam diſcordia uincit
Corpora naſcuntur pars & ſublata per orbem
Et fidei rarum fœdus paciſq; tributum
Vtq; cælum ſic tellus diſſidet ipſa.
Atq; hominum gentes inimica ſorte feruntur
Si tamen & cognata cupis cognoſcere ſigna
Que iungant animos & amica ſorte ferantur
Lanigeri partus cum toto iunge trigono
Simplicior tamen eſt aries meliorq; leone

Proſequitur genitos & te centaure creatos
Quam colitur. nanq; eſt natura mitius aſtrum
Expoſitumq; ſuæ noxæ nec fradibus ullis
Nec minus ingenio molli q̄ corpore conſtat
Illis eſt feritas ſignis prædæq; cupido
Venaliſq; animus non nunquã excedere cogit
Commoditate fidem nec longa eſt gratia facti
At cum lanigei partus ſub utroque trigono
Non parcit: ſed rara gerit pro tempore bella
Quod feritas utriuſque magis pro tempore cogit
Plus tamen in duplici numerandum eſt roboris eſſe
Cui commixtus homo eſt q̄ te ne meæe ſub uno.
Id circo pax eſt ſignis & mixta quærela.
Quin etiam tauri capricorno iungitur aſtrum
Nec magis illorum coeunt ad fœdera mentes
Virgineos etiam partus quicumqne creantur
Tauro complecti cupiunt: ſed ſæpe queruntur
Quoſque dabunt chele & quos dat aquarius ortus
Vnum pectus habent fideiq; immobile iunctum
Magnus & in multos ueniet ſucceſſus amicos
Scorpius & cancer fraterna in nomina ducunt
Ex ſemet genitos nec non & piſcibus orti
Concordant illos nam ſæpe eſt ſub dolus actus
Scorpius aſpergit nexis ſub nomine amici
At nibus in lucem piſces uenientibus adſunt
His non una manet ſemper ſententia cordi
Commutant animos interdum & fœdera rumpunt
Ac repetunt tectæq; lues ſub fronte uagantur.

Sic erit ex ſignis odium tibi paxq; notanda.
In terris geniti tali ſub lege creantur
Nec ſatis eſt tantum ſolis inſiſtere ſignis
Contemplare locum cæli ſedemq; uagarum
Parte genus uariant & uires linea mutat
Nam ſua quadratis ueniunt ſua iura trigonis
Et que per ſenos decurrit uirgula tractus
Queque ſecant medium terras uerſo limite celum
Hinc modo dat mundus uires modo detrahit
Queq; illic ſummunt uires huc acta reponunt.
Diſtat enim ſurgat ne eadem ſubeat ne cadat
Crebrius aduerſis odium eſt cognata quadratis
Corpora cenſſetur ſignis & amica trigonis
Nec ratio obſcura nam quartum quoq; locauit
Eiuſdem generis ſignum natura per orbem
Quattuor æquali cælum diſcrimine ſignant
In quibus articulos anni deus ipſe creauit.
Ver aries cererem cancer bachumq; miniſtrans
Libra caper brumam genitoſq; ad frigora piſcis.
Nec non & duplici que ſunt connexa figura
Quartum queque locum retinent duo cernere piſces
Et geminos iuuenis duplicemq; in uirgine formam
Et duo centauri licet uno corpore texti
Sic & ſimplicibus ſignis ſtat forma quadrata
Nam neq; taurus habet commitem nec pingitur ulli
Horrendus leo nec metuit ſine corpore quenquam
Scorpius atq; uno cenſſetur aquarius aſtro
Sic quecunque manent quadrato condita templo

Signa parem referunt numerus aut tempore ſortem
Ac ueluti cognata manent ſub fœdere tali
Id circo affines ſignant grauibus propinquis
Accedunt unaq; tenent ſub imagine natos
Longior in ſpatium porrecti eſt linea maius
Que tribus emenſis ſignis facit aſtra trigona
Hec ad amicitias mutantes iura gradumq;
Sanguinis atq; annis hærentia tempora dicuut
Vtq; ipſa in longo coeunt ſummoto receſſu
Sic nos coniungunt maioribus interuallis.
Hec meliora putant mentis que iungere poſſunt.
Quã que non nunq̃ fœdus ſub ſanguine fallunt
Proxima proxima uicinis ſub ſcribuntur tertia queque
Hoſpitibus ſic aſtrorum ſeruabitur ordo
Quotquot cardinibus proprio uariante mouentur
Que quãquã in partes diuiſit quattuor orbs
Sydera quadrata efficiunt non longe quadrati
Cenſentur minus eſt numeri q̃ cardinis uſus
Adde ſuas partis ſignis ſuas partibus aſtra
Nam nihil in totum ſeruit ſibi mixta feruntur.
Ipſis dant fines aſtris capiuntq; uiciſſim
Que mihi mox certo digeſta ſub ordine ſignent
Omnibus ex iſtis ratio eſt repetenda per artem.
Paccatam inſectis ſigna ut per diſcere poſſis.
Perſpicere nunc tenui uiſu rem ponderi magnam
Et tantum graio ſignari nomine paſſim
Dedecamoria in titulos ſignantia cauſas
Nam cum tricenas per partis ſydera conſtent

Rurſus biſſenis numerus deducitur omnis
Ipſa igitur ratio binis in partibus eſſe.
Dimidiaſq; docet partes his finibus eſſe
Dedecatemorum conſtant biſſenaq; cuncta
Omnibus in ſignis que mundi conditor ille
Attribuit totidem numero fulgentibus
Vt ſociata forent alterna ſydera ſorte
Et ſimilis ſibi mundus & omnia in omnibus aſtra
Quorum mixturis regeret concordia corpus
Et tutela foret communi mutua cauſa
Id circo quãquã ſignis naſcuntur eiſdem
Diuerſos referunt mores inimicaq; uota
Et ſæpe in pecudes errat natura moremq;
Femina ſubſequitur miſcentur ſydere partus
Singula diuerſis uariant quot partibus aſtra
Duo decatemoriis proprias mutantia uires.
Nunc quid ſit cuiuſue canam quoue ordine conſtent
Ne uagus ignotis ſignorum partibus erres
Ipſa ſuo retinent primas in corpore partis
Vltima & extremis ratio conceditur aſtris
Singula ſic retinent binas in ſydera queque
Dimidiaſq; ſui partis & ſumma repletur
Sortibus ex actis triginta ſydera in omni.
Nec genus eſt unum ratio nec prodita ſimplex
Pluribus inq; modis rerum natura locauit.
Deduxitq; uias uoluitq; per omuia quæri
Hec quoq; comperta eſt ratio ſub nomine eodem
Quacunque in partura naſcentium tempora luna

Conſtiterit:numeris hanc ter diſpone quaternis
Sublimi totidem qua fulgent ſydera mundo
Inde ſuas illi ſigno quo luna refulſit
Q ue & hinc deſuerint partes numerare memento
Proxima tricenas pariterq; ſequentia ducunt
Hic ubi deſſiciet numerus tunc ſumma relicta
In binas ſortes adiecta parte locetur
Dimidiam reliquis tribuuntur ut ordine ſignis
In qua deſtituent te iuſtum luna uidebit
Duo de catemoriis ſignis poſt cætera ducet
Ordine queque ſuo ſic conſtant aſtra locata
Hec quoq; te ratio ne ſallit perſpice paucis
Maior in effectu minor eſt quod partibus ipſis
Duo decatemorii quid ſit quod dicitur eſſe
Duo decatemorium namq; id per quinque notatur
Partes:nam totidem perſulgent ſydera cælo
Q ue uaga dicuntur ducunt & ſingula ſortes
Dimidias uires quæ in eis & iura capeſſunt
In quocumque igitur ſtelle quiq; locatæ
Duo decatemorio fuerint ſpectare decebit
Cuius enim ſtelle in fine ſub ſydere quoque
Inciderint.dabit effectus in mentibus eius.
Vndiq; miſcenda eſt ratio per quod omnia conſtant
Verum hoc poſterius proprio cuncta ordine reddam
Nunc ſatis eſt docuiſſe ſuo ignota per uſus.
Vt cum perceptis ſteterit ſiducia membris
Sic totum corpus facili ratione notetur
Et bene de ſumma ueniat poſt ſingula carmen

Vt rudibus pueris monſtratur littera primum
Per faciem nomenq; ſuum componitur uſus
Tunc coniuncta ſuis formatur ſytta nodis
Hinc uerbis ſtructura uenit per uerba legendi
Tunc rerum uires atq; artis traditur uſus
Perq; pedes proprios naſcentia carmina ſurgunt
Singulaq; in ſumma prodeſt didiciſſe priora
Que niſi conſtiterint propriis fundata elemetis n
Perdunt que propere dederint precepta magiſtri
Et fluet in unum rerum prepoſterus ordo
Sic mihi per totum uolitanti carmine mundum
Erutaq; obſtruſa penitus caligine fata
Pieridum numeris etiam modulata canenti
Quaq; deus regnat reuocanti numen ab arce
Per partis ducenda fides & ſingula rerum
Sunt gradibus tradenda ſuis & cum omnia certa
Notitia ſteterint proprios reuocent ad uſus
Ac uelut in nudis conſurgunt montibus urbes
Conditor & uacuos muris circumdare collis
Deſtinet ante manus q̄ temptet ſcindere foſſas
Vertit opus ruit ecre uemus ſaltuſq; uetuſti
Procumbunt ſolemq; nouum noua ſydera cernunt
Pellitur omne loco uolucrum genus atq; ferarum
Antiquaſque domos & nota cubilia linquunt
Aſt illi ſilicem in muros & marmora templi
Rimantur ferriq; rigor per tempora nota
Queritur. hinc artes hinc omnis conuenit uſus.
Tunc demum conſurgit opus qum cuncta ſuper ſunt

Ne medios rumpat curſus prepoſtera cura
Sic mihi tractanti tantæ ſuccedere moli
Materies primum rerum ratione remota
Tradenda eſt ratio ſit ne poſt irrita:neue
Argumenta nouis ſtupeant naſcentia rebus.

De cardinibus mundi

Ergo age noſcendis animum compone ſagacem
Cardinibus qui per mundũ ſunt quattuor omnes
Diſpoſiti ſemper mutantq; uolantia ſigna
Vnus ab ex ortu cæli naſcentis morbem
Qua primum terras æquali limite cernit
Alter ab aduerſa reſpondens æheris ora
Vnde fugit mundus precepſq; in tartara tendit.
Tertius excelſi ſignat faſtigia cæli
Quo defeſſus equis phœbus ſubſiſtit habenis
Declinatq; diem mediaſq; examinat imbras
Ima tenet quartus fundato nobilis orbe
In quo principium eſt reditus finiſq; cadenti
Syderibus pariterq; occaſus cernit & ortus
Hec loca precipuas uires ſummoſq; per artem
Fatorum affectus referunt ꝙ totus in illis
Nititur æthereis ueluti compagibus orbis
Que niſi perpetuis alterna ſorte uolantem
Curſibus excipiant nectantq; in uincula bina
Per latera atq; imum templi ſummumq; cacumen
Diſſociata fluat reſoluto machina mundo
Sed diuerſa tamen uis eſt in cardine quoq;
Et pro ſorte loci uariant atq; ordine diſtant

Primus erit ſummi qui regnat culmine cæli
Et medium tenui partitur limite mundum
Q uem capit excelſa ſublimen gloria ſedem
Scilicet hec tutela decet faſtigia ſumma
Q uicquid ut emineat ſibi uindicet & deus omnis
Afferat & uarios tribuendo regnet honores
Hinc fauor & ſpeties atq; omnis gloria uulgi
Reddere iura foro componere legibus orbem
Fœderibuſq; ſuis externas iungere gentis
Et pro ſorte ſua cuiuſq; extollere nomen
Proximus eſt ima quãquã ſtatione locatus
Suſtinet alternis mixtam radicibus orbem
Effectu minor in ſpeties ſed maior in uſu
Fundamenta tenet rerum cenſuſq; gubernat
Q uã rata ſint foſſis ſcentantur uota metallis
Atq; ex occulto quantum contingere poſſis
Tertius atq; illi tollens in parte nitentem
Q ui tenet exortum qua primum ſydera ſurgunt
Vna dies dedit & tempus deſcribit in horas
Hinc inter graias horoſcopus editur urbis
Nec capit extremum proprio quia numine gaudet
Hic tenet arbitrum uitæ atq; hic regula morum eſt
Fortunamq; dabit rebus ducetq; per artis
Q ualiaq; excipiant naſcentes tempora prima
Q uos capiant cultus quali ſint ſede creati
Vt cumq; admixtis ſubſcribent uiribus aſtra
Vltimus emenſo qui condit ſydera mundo
Occaſumq; tenens ſubmerſum deſpicit orbem

Pertinet ad rerum ſummas ſinemq; laborum
Coniungitq; epulas extremaq; tempora uitæ
Ociaq; & cætus hominum cultuſq; deorum.

Diuiſio ætatis in partis cæli

Nec contentus eris percepto cardine quoquam
Interualla etiam memori ſunt mente notanda
Per maius dimenſa ſuas reddentia uires.
Q uicquid & ab ortu ſummum curuatur morbem
Aetatis primæ naſcentiſq; aſſerit annos
Q uod ſummo premitur deuexum culmine mundi
Donec ad occaſus ueniet puerilibus annis
Succedit teneram regit ſub ſede iuuentam
Q uæ pars occaſus inter imumq; ſub orbem
Deſcendit regit hæc maturæ tempora uitæ
Et propria ſerie uarioq; exercita curſu
At quæ perficitur curſu redeunte ſub imo
Tarda ſpumatum laſſatis uiribus arcum
Aſcendens ſeros demum complectitur annos
Labentiſq; dies uitæ tremulamq; ſenectam
Omne quidem ſignum ſub qualicunque figura
Partibus inficitur mundi locus imperat aſtris
Et dotes noxamq; facit uertuntur in orbem
Singula & accipiunt uires: cæloq; remittunt
Vincit enim natura genus legeſq; miniſtrat
Finibus in propriis & pretereuntia cogit
Eſſe ſui moris uario nunc diues honore
Nunc ſterilis pænamq; ferentia ſydera ſedis
Q ue ſuper exortum eſt a ſummo ſydere cæli

Infœlix regio rebuſq; inimica futuris
Et uitio fæcunda nimis:nec ſola.ſed illi
Par erit aduerſo quæ fulget ſydere ſedes
Iuncta ſub occaſu neu præſtet cardine mundi
Vtroq; prætenta deiecta ruina
Orta labans erit:ſcandendum eſt atq; cadendum
Nec melior ſuper occaſu contraq; ſub ortu
Sors agitur mundi preceps hæc illa ſuperna
Pendens aut metuit uicino cardine finem
Aut fundata cadet merito typhonis habentur
Horiendæ ſedes quem tellus ſeua profudit
Cum bellum cælo peperit nec matre minores
Extiterant partus.ſed fulmine rurſus in altum
Compulſi montes ꝗ ſuper tediere cadentes
Ceſſit & in tumulum belli uitæq; typhœus
Ipſa tremit mater flagrantes monte ſua ætna
Atq; refulgenti ſequitur faſtigia cælo.
Proxima nec ipſi cædat qui fungitur aſtro
Iam melior palmamq; petens uictrixq; piorum
Altius inſurgit ſumme comes addita fitti
In peiuſq; manent curſus nec uota ſuperſunt
Quo circa minime mirum ſi proxima ſummo
Atq; eadem intereor ueneranda ſorte dicatur
Quod titulus fœlix cenſum ſi proxima graiæ
Noſtra ſubit linguæ uirtutis nomine nomen.
Iuppiter hac ſubitat fortunam credere genti
Huic atq; imperſum ſimili deiecta ſub orbe
Imaq; ſubuerſi contingent fulmina mundi

Aduerſaq; nitet parte deſeſſa per acta
Militia rurſuſq; nouo deuota labori
Cardinis & ſubitura iugum ſortemq; potentem
Nondum ſentit opus mundi iam ſperet honorem
Dæmoniem memorant grai rhomana per ora
Quæritur inuerſo titubus ſub corde ſagaci
Conde locum numenq; dei totumq; potentis
Que tibi poſterius magnos reuocantur ad uſus
Hinc momenta manent noſtræ plerumq; ſalutis
Bellaq; morborum tetris pugnantia telis.
Viribus ambiguum geminis cauſaq; dici
Nunc huc nunc illuc ſortem mutantis utranque
Sed medium poſt aſtra diem curuataq; primum
Culmina nutantis ſummo de uertice mundi
Ethera phœbus aut ſub quoq; corpora noſtra
Decernunt uitia & fortunam ex uiribus eius
Concipiunt.deus ille locus ſub nomine graio
Dicitur.huic aduerſa nitens que prima ſurgunt
Sedibus ex imis iterumq; reducit olympum
Par mundi fulminiq; nitet mortiſq; gubernat
Et dominum agnoſcit phœbem fraterna uidentem
Regna per aduerſa cæli fulgentia partis
Fataq; damnoſis imitantem finibus oris
Huic parti dea nomen erit rhomana per ora.
Græcia uoce ſua titulum deſignat eundem
Arce ſed in cæli qua ſumma decliuia finem
Inueniunt:qua principium decliuia ſummunt
Culmineq; inſurgunt occaſus inter & ortus

Suſpenduntq; ſuo libratum ex ordine mundum
Aſſerit hanc cytherea ſibi per ſydera ſedem
Et ueluti faciem mundi ſua collocat ora
Perq; humana regit propria eſt hæc addita parti
Ius & connubia & thalamos thedaſq; gubernat.
Hec tutela decet uenerem ſua tela mouere
Nomen erit fortuna loco quo percipe mentem
Vt breuia in longo compendia carmine præſtent.
At qua ſubſidit conuerſo cardine mundus
Fundamenta tenens aduerſum & ſuſpicit orbem
Ac media ſub nocte iacens ſaturnus in illa
Parte ſuas agitat uires deiectus & ipſe
Imperio quondam mundi ſolioq; deorum
Et pater in proprios exercet numina caſus
Portunamq; ſenum prima eſt fortuna duorum
Naſcentium atq; patrum que tali condita pars eſt.
Aſperum erat tempus titulum cui grætia fecit
Demonium ſignatq; ſuas pro nomine uires.
Nunc age ſurgentem primo de cardine mundum
Reſpice qua ſolido naſcentia ſigna recurſu
Incipiunt uiridi gelidis & phœbus ab undis
Enatat & fuluo paulatim accenditur igne
Nec tua templa ferunt maia cyllenie nate
O facies ſignata nota:quod nomen & ipſi
Auctores tibi dant arces qua ducit olympum
In qua fortunam natorum condidit omnem
Natura:ex illo ſuſpendit uota parentum
Vnus in occaſu locus eſt ſuper ille ruentem

Præcipitat mundum terris & ſydera merſat
Tarraqꝫ proſpectat phœbi que uiderat ora
Ne mirere nigri ſi dicis ianua fertur
Et finem uitæ retinet.
Hinc etiam ipſe dies moritur: terraſqꝫ per orbem
Sub rapit. & noctis captum carcere claudit
Nec non & fidei tutelam uindicat ipſam
pectoris & pondus: tanta eſt in ſede poteſtas
Quo uocat & condit phœbum recip tqꝫ refertqꝫ
Conſumitqꝫ diem tali ſub lege notand æ
Templorum tibi ſunt uires: quas peruolat omnis
Aſtrorum ſeries ducit qꝫ & comodat illis
Ipſe ſuas leges ſtellæqꝫ ex ordine certo
Vt natura ſinit luſtrant uariaſqꝫ locorum
Efficiunt uires utrumque aliena capeſſunt
Regna. & in externis ſubſidunt hoſpita caſtris
Hec mihi ſub certa ſtellarum parte canentur.
Nunc ſatis eſt cæli partis tituloſqꝫ notaſſe
Eeffectuſqꝫ loci per ſe cuiuſque deoſqꝫ
Qui parti nomen poſuit qui condidit arcem
Octocopos per quos ſtelle diuerſa uolantes
Quos reddant motus proprio uenit ordine rerum.

Capitula ſecundi libri

Prohemium. De regibus & ducibus qui fuerunt ſub hec/tore. Que ſigna duplicia ſunt & biforma. Que ſigna ſint aduerſa. Que ſigna nocturna aut diurna ſint. Que ſigna ſint fecunda. Que ſigna ſunt currentia aut recta. Que ſigna ſint ſedentia aut iacentia.

Q ue ſigna ſunt debilia. Cognoſcere proprias formas ſi/gnorum. De menſura trigonum & quadratorum in par/tes. De ſignis exagonis. De ſignis coniunctis & quare ſexto loco ſint. Q ue membra humana cuique ſigno ſint attributa. Signorum commertia audita uiſus amore odio De cardinibus mun di. Diuiſio ætatis in partis cæli

Explicit liber ſecundus Incipit liber tertius
De negotiis

N noua ſurgẽtem maioraq; uiribus auſum
Nec per inaccẽſos mutuentẽ uadere ſaltus
Ducite pierides ueſtros extendite ſinis
Conor: & dignos in carmina ducere cantus.
Non ego in excidium cæli naſcentia bella
Fulminis & flamma partus in matre ſepultos
Hectora uenalem cineri priamumq; feretem
Colchida ne referam uendentem regna parentis
Et lacerum fratrem ſtupro ſegeteſq; uirorum
Taurorumq; truces flammas uigilemq; draconem
Et reduces annos auroq; incendia facta
Et male conceptos partus. peiuſq; necatos:
Non annoſa canam meſſanæ bella nocentis
Septenoſq; duces ereptaq; fulmina flammis
Mœnia thebarum & uictam que uicerat urbem
Germanoſq; patris referam m atriſq; nepotes
Natorumq; epulas conuerſaq; ſydera retro

Ereptumq; diem nec perſica bella profundo
Indicta & magna pontum ſub claſſe latentem
Immiſſumq; fretum terris iter æquoris undis
Non reges magnos ſpatio maiorem canenda
Q uã ſi tacta loquar rhomanæ gentis origo.
T otq; duces orbis tot bella tot otia & omnis
In populi unius legis ut ceſſerit orbis
Differtur facile eſt uentis dare uella ſecundis.
Fecundumq; ſolum uarias agitare per artis.
Auro atq; ebori decus addere cum rudis ipſa
Materies niteat ſpetioſis condere rebus
Carmina uulgatum eſt opus & componere ſimplex.
At mihi per numeros ignotaq; nomina rerum
T emporaq; & uarios caſus momentaq; mundi
Q uorum quoq; uices parteſq; in partibus ipſis
Luctãdum eſt quod moſſe muris quod dicere quanrũ eſt
Carmine quod proprio pedibus quod iungere certis?
Huc adeſo quicunque meis aduertere cœptis
Aurem oculoſq; potes ueras & percipe uoces
Non ad curatos rages troiaq; cadentis
Impendas animum nec dulcia carmina quæras.
Ornari res ipſa negat contenta doceri
Et ſi qua externa referentur nomina lingua
Hoc operis non uatis erit non omnia flecti
Poſſunt & propria melius ſub uoce notantur.
Nunc age ſub tibi rem ſummam perſpice cura

Q ue tibi precipuos uſus monſtrata miniſtret
Et certas det in arte uias ad ſata uidenda
Si bene conſtiterit uigilanti condita ſenſu.
Principium rerum & cuſtos natura latentum
Cum tantas ſtrueret moles per mœnia mundi
Et circumfuſis orbem concluderet aſtris.
Vndiq; pendentem in medium diuerſaq; membra
Ordinibus certis ſociaret corpus in unum
Aeraq; & terras flammaq; indamq; natantem
Mutua in alternum prebere alimenta iuberet
Vt tot pugnantis regeret concordia cauſas
Staretq; alterno religatus fœdere mundus
Exceptum a ſumma: ne quid ratione maneret
Et quid erat mundi mundo regeretur ab ipſo
Fata quoq; & uitas hominum ſuſpendit ab aſtris
Q ue ſummas operum partis que lucis honorem
Q ue famam aſſererent que nunq̄ feſſa uolarent.
Q ue quaſi per mediam mundi precordia partem.
Diſpoſita obtineant phœbum lunamq; uagaſq;
Euincunt ſtellas nec non uincuntur & ipſa.
His regnum natura dedit propriaſq; ſacrauit
Vnicuique uices: ſanxitq; q, omnia ſumma
Vndiq; & ut ſatum ratio traheretur in unum
Nam quodcumque genus rerum: quodcunque laborum
Q uecūque opera atq; artes: quicūque per omnia caſus
Humana in uita poterant contingere ſortem
Complexa eſt tot in partis: quot & aſtra uocarant.
Reſpoſuit certaſq; uices ſua nomina cuiq;

A ttribuit. totumq; hominis per ſydera cenſum
Ordine ſub certo duxit pars ſemper ut idem
Confinis parti uicinis ſtaret in aſtris
Horum operum ad ſingula ſigna locauit
Non ut in æterna cæli ſtatione manerent
Et cunctos hominum pariter traherentur mortus
Ex iiſdem repetita locis ſed tempore ſedes
Naſcentum acciperent proprias ſigniſq; migrarent.
Atq; aliis alio ſors quæquam accideret aſtro.
Vt caperet genitura nouam per ſydera formam.
Nec tamen in certo confunderet omnia motu.
Sed cum pars operum quæ prima condita parte eſt
Accepit propriam naſcentis tempore idem
Cætera ſuccedunt ſigniſq; ſequentibus herent
Ordo ducem ſequitur donec uenit orbis in orbem
Has autem facies rerum per ſigna locatas
In quibus omnis erit fortuna & condita ſumma
Vt cum iam ſtellæ ſeptem ledunt ue iuuant ue
Cardinibus ue mouet diuina potentia mundi
Sic fœlix aut triſte uenit per ſingula fatum
Talis & illius ſors eſt ſparanda negoci.
Hec mihi ſolemni ſunt ordine cuncta canenda
Et titulis ſignanda ſuis rerumq; figuris.
Vt pateat poſitura operum nomenq; genuſq;
Fortunæ ſors prima data eſt hæc illa per artem
Cenſetur titulo quia proxima continet in ſe
Fundamenta domus domuiq; hærentia cuncta
Q ui modus in ſeruis: qui ſit conſenſus in aruis

Quamq; datum magnas operum componere moles
Vt uaga uulgentis concordant ſydera cæli
Poſt hanc militiæ locus eſt qua quicquid in armis
Queque peregrinas inter uerſantibus urbis
Accipere aſſueuit titulo comprenditur uno.
Tertia ad urbanos ſtatio eſt numeranda labores
Hoc quoq; militiæ genus eſt ciuibus actis
Compoſitum fideiq; tenet parentia uincla
Format amicitias & ſæpe cadentia fruſtra
Officia & cultus contingant premia quarta
Edocet appoſitis cum mundus conſonet aſtris
Iudiciorum opus in quarto natura locauit
Fortunamq; fori fundentem uerba patronum
Pendentemq; reum lingua roſtrum loquentis
Impoſitum & populo nudantem condita iura
Atq; expenſa ſua ſoluentem iurgia fronte
Cum iudex uero nihil amplius aduocat ipſo
Quicquid propoſitas inter facundia leges
Efficit hoc totum partem conceſſit in unam
Atq; ut cunq; gerunt dominantia ſydera manant
Quintus coniugio gradus eſt per ſigna ducatus.
Et ſocios tenet & comites atq; hoſpitis una
Iungitur: & ſimilis coniungens fœdus amicos
In ſexta diues numeratur copia ſede.
Atq; adiuncta ſalus rerum, quarum altera quanti
Contingat uſus mouet alterna q̃ diuturni
Sydera ut inclinant uires & templa gubetnant.
Septima cenſetur ſeuis horrenda periclis

Si male ſubſcribunt ſtellæ per ſigna locatæ.
Nobilitas tenet octauam qua conſtat honoris
Conditio & famæ modus & genus & ſpetioſo
Gratia prætextu nouus locus occupat omnem
Fatorum ſortem dubiam patroſq; timores
Omniaq; intrantum mixta nutritia turba
Huic uicinus erit uitæ qui continet actum
In quo ſeruorum mores. & qualibus omnis
Formetur domus exemplis quoq; ordine certo
Ad ſua compoſiti diſcedant munera ſerui
Præcipua undecima pars eſt in ſorte locata
Quæ ſummam noſtri ſemper uireſq; gubernat.
Quæque ualitudo conſtat nunc libera morbis
Nunc opreſſa mouent & mundum ſydera cunque
Non alias ſedes tempuſue genuſue medenda.
Que ſibi depoſcat: uel cuius tempore preſtet
Auxilium. & uitæ ſucos miſcere ſalubris.
Vltimus & totam concludens ordine ſummam
Rebus apiſcendis labor eſt qui continet omnis
Votorum effectus: & que ſibi quiſque ſuuſq;
Proponit ſtudia atq; artis hec irrita ne ſint
Seu ferat officium nutus blanditur in omnis
A ſpera ſiue foro per litem uirgia temptet
Fortunamue petat pelago uentiſq; ſequatur
Seu cererem plenam uincentemq; hortea meſſem
Aut repetat bachum per pinguia muſta fluentem
Hac in parte dies atq; hec momenta dabuntur
Si bene conuenient ſtellæ per ſigna ſequentes

Q uarum ego poſterius uires in utrumque ualentis
Ordine ſub certo reddam cum pandere rerum
Incipiam effectus.nunc ue permixta legentem
Confundant nudis ſatis eſt inſiſtere membris.
Et quoniam toto digeſtos orbe labore
Nominaqꝫ in numerum uireſqꝫ ex egimus omnis
A thla uocant graii que cuncta negotia rerum
In genera & partis bis ſex diuiſa coherent
Nunc quibus aſcendant ſignis quandoqꝫ cauendum eſt
Perpetuas neqꝫ enim ſedes eadem per omnis
Sydera naſcentis retinet.ſed tempora mutat
Nunc huc nunc illuc ſignorum mœta per orbem
In columis tamen ut maneat qui conditus ordo eſt.
Ergo age ne falſa uariet genitura figura
Si ſua queque uoles reuocare ad ſigna labores
Fortunæ perquire locum per ſydera cuncta.
Q ue primo pars eſt numero ſic ducta ſub athlis
Q ui tibi cum fuerit certa ratioue repertus
Cætera predicto ſubeuntibus ordine ſignis
Coniunges teneant proprias ut ſingula ſedes
Et ne forte uagus naturæ quærere ſedem
Incipias duplicem certa ratione capeſſe
Cum tabi naſcentis percepto tempore forma
Conſtiterit cæli ſtellis ad ſigna locatis
Tranſuerſo phœbus ſi cardine celſior ibit
Q ui tenet exortum uel que demerget in undas
Per tempus licet affirmes natum es diei
At ſi ſubiectis ſenis

Inferior deſtra leuaq; tenentibus orbem
Cardinibus noctis fuerit per tempora natus
Hec tibi cum fuerint certo diſcrimine nota
Tunc ſi forte dies naſcentem exceperit alma
A ſole ad lunam numerabis in ordine partes
Signorum ortiuo totidem de cardine duces
Quem bene partitis memorant horoſcopon aſtris
In quodcunque igitur numerus peruenerit aſtrum
Hoc da fortunæ iunges tum cætera ſignis
Athla ſuis certo ſubeuntibus ordine cunctis.
At cum obducta nigris nox orbem texerit umbris
Si quis erit qui tum materno exceſſerit aluo
Verte uias ſicut naturæ uertitur ordo
Conſule tunc phœbem mutantem. lumina fratris
Semper & in proprio regnantem tempore noctis
Quotq; ab eo phœbus partes & ſigna recedit
Tot numerare iubet fulgens horoſcopus a ſe
Hunc fortuna locum teneat ſubeuntibus athlis
Ordine naturæ ſicut ſunt cuncta locata.
Forſitan & quæras agili rem corde notandam
Qua ratione quæas natalis tempore nati
Exprimere immenſo ſurgentem horoſcopon orbe
Quod niſi ſub ſtellis uiſus ratione tenetur
Fundamenta ruunt artis nec conſonat ordo
Cardinibus: quoniam falſis que cuncta gubernant
Mentitur faciem mundus nec conſtat origo
Flexaq; momento uariantur ſydera templi
Sed quanta effectu res eſt tam plena laboris

Curſibus æternis mundum per ſigna uolantem
Vt totum luſtret curuatis arcubus orbem
Exprimere & uultus eius componere certos
Ac tante molis minimum deprendere punctum
Quæ pars exortum uel que faſtigia mundi
Aufferat occaſus aut uno ſederit orbe.
Nec me uulgate rationis preterit ordo
Que binas tribuit ſignis ſurgentibus horas
Et paribus ſpatiis æqualia dagerit aſtra
Vt parte ex illa qua phœbi cœperit orbis
Diſcedat numerus ſummamq; accomodet aſtris
Donec perueniat naſcentis tempus ad ipſum
Atq; ubi ſubſtiterit ſignum dicatur oriri
Sed iacet obliquo ſignorum circulus orbe.
Atq; alia in flexis oriuntur ſydera membris
Aſt illis magnis eſt rectus ſurgentibus ordo
Vt propius nobis aliquod uel longius aſtrum eſt
Vix finit luces cancer uix bruina reducit
Quod breuis illa iacet tam longus circulus hic eſt
Libra arieſq; parem reddunt noctemq; diemq;
Sic media extremis pugnant extremaq; ſummis
Nec nocturna minus uariant q̃ tempora lucis
Sed tamen aduerſis idem ſtat menſibus ordo
In tam diſſimili ſpatio uariiſq; dierum
Vmbrarum ꝑ modis qui poſſit credere mauras
Omnia ſigna pari mundi ſub lege manere
Adde ꝙ in certa eſt horæ menſura neq; ullam
Altera pars ſequitur ſed ſicut ſumma dierum

Vertitur & partes ſurgunt rurſuſq; recedunt
Cum tamen in quocunque dies deducitur aſtro
Sex habeat ſupra trans ſex ſigna ſub illis.
Quo ſit ut in binas non poſſunt omnia naſci
Cum ſpatium non ſit tantum pugnantibus horis
Si modo bis ſenæ ſeruantur luce ſub omni
Quem numerum debet ratio: ſed non capit uſus.

De menſura temporum & ſignorum

Nec tibi conſtabunt aliter ueſtigia ueri
Ni lucem noctemq; pares dimenſus in horas.
In quantum uario pateant ſub tempore noris
Regulaq; ex actas ſinum formetur in horas
Que ſignemq; diem ſedes perpendat & umbras
Hec erit in libra cum lucem uincere noctes
Incipiunt: uel cum medio concedere uere.
Tunc etenim ſolum biſſenas tempora in horas
Aqua patent medio cum currit phœbus olympo
Hic cum per gelidas hyemis ſub motas in aſtro
Fulget in octaua capicorni parte biformis
Tunc anguſta dies uernalis uertit in horas
Dimidiam atq; nouem ſed nox oblita diei
Biſſeptem appoſita numerus ne claudicet hora
Dimidia ſic in duodenas exit utrumque
Et redit in ſolidum naturæ condita ſumma
Inde cadunt noctes ſurguntq; in tempora luces
Donec ad ardentis pugnarint ſydera cancri
Atq; ubi conuerſis uicibus mutantur in horas
Brumales noctemq; dies lucemq; tenebræ

Hybernam referunt alternaq; tempora uincunt
Nunc huc nunc illuc gradibus per ſydera certis
Impulſæ quarum ratio manifeſta per artem
Collecta eſt: uenietq; ſuo per carmina textu
Atq; hæc eſt illas demum menſura per oras
Quas rigat æſtiuus gradibus torrentibus annis
Nilus: & erumpens imitatur ſydera mundi
Per ſeptem fauces atq; ora ſugentia pontum.
Nunc age quot ſtadiis & quanto tempore ſurgunt
Sydera quoq; cadant animo cognoſce ſagaci
Vt magna in breuibus ueniant compendia dictu.
Nobile lanigeri ſydus quo cuncta ſequuntur
Dena quattuor ſtadia exoriens duplicataq; ducit
Qum cadit atq; horam ſurgens eiuſq; trientem
Occupat occiduus geminat qum cætera ſigna
Octonis creſcunt ſtadiis orientia in orbem
Et totidem admittunt gelidaſq; rigentia in umbras
Hora nouo creſcit per ſingula ſigna quedrante.
Tertiaq; in quarta parte ſi ducitur eius
Hec ſunt ad libræ ſydus ſurgentibus aſtris
Incrementa pari momento damna trahantur
Qum ſubeunt orbem rurſuſq; ad ſydera libræ
Ordine mutato paribus per tempora uerſa
Momentis redeunt. nam per quod creuerat aſtrum
Lanigeri ſtadia aut horas tot libra recedit
Occiduuſq; aries ſpatium tempuſq; cadendi
Quod tenet in tantum chele cum ſurgere perſtat
Eius in exemplum ſe ſigna ſequentia uerſant

Hec ubi conſtiterint uigilanti condita mente
Iam facile eſt ſi quod quandoq; horoſcopet aſtrum
Noſcere cum liceat certis ſurgentia ſigna
Ducere temporibus propriaſq; aſcribere in horas
Partibus ut ratio ſignis ducatur ab illis
In que phœbus erit. quorum mihi reddita ſumma eſt.

De inclinationibus mundi

Sed neq; per terras omnis menſura dierum
Vmbrarumq; eadem eſt ſimili nec tempora curſu
Mutantur modus eſt uarius ratione ſub una
Nunq̃ phryſci ducuntur uellera ſigni
Chelarumq; fides iuſtæq; ex anima libræ
Omnia conſurgunt binas ſibi ſigna per horas
Q uod medius recto præcingitur ordine mundus
Equaliſq; ſuper tranſuerſum uertitur axem.
Illis perpetua iungantur pace diebus
Obſcuræ noctes equo ſtat fœdere tempus
Nec manifeſta patet falſi fallacia mundi
Sed ſimilis ſimili toto: nox redditur orbe
Omnibus autumnus ſignis uer omnibus unum
Vna coequali luſtratur linea phœbo
Nec refert tunc quo phœbus decurrat in aſtro
Littoreum ne coquat cancrum contraue feratur
Syderibus mediis an que ſint quattuor inter
Q uod quãquã per tris ſignorum circulus arcus.
Obliquus iaceat recto tamen ordine zonæ
Conſurgunt: ſupraq; caput terraſq; feruntur
Et paribus ſpatiis per ſingula luſtra reſurgunt

Ac bene diuiſo mundus latet orbe patetq;
Et ſimul ex illa terrarum parte recedas
Quicquid ab extremo temet præuerteris axe
Per connexa gradus greſſum ueſtigia terræ
Quam teretis natura ſola decircinat orbem
In tumidum & mediam mundo ſuſpendit ab omni
Ergo ubi conſcendes orbem ſcandeſq; rotundum
Digrediere ſimul fugiet pars alta terræ
Altera redditur: ſed quantum inflexerit orbe
Tantum inclinabit cæli poſitura uolantis.
Et modo que fuerint ſurgentia limite recto
Sydera curuato ducuntur in æthera tractu
Ac erit obliquus ſignorum baltheus orbe
Qui tranſuerſus erat ſpatio quando illius una eſt
Noſtræ mutantur ſedes. ergo ipſa moueri
Tempora iam ratio cogit uarioſq; referri
Sub tali regione dies: cum ſydera flexo
Ordine conficiant curſus obliqua malignos
Longius atq; aliis aliud propiuſue recumbit
Pro ſpatio mora magna datur que proxima nobis
Conſurgunt longos cæli in finitur in orbes
Vltima que efulgent cæcis merguntur in umbris
Et quanto ad gelidas propius quis uenerit arctos
Tam magis officiunt oculis brumalia ſigna
Vixq; ortus occaſus erit ſi longius inde
Procedat totis condentur ſingula membris
Tricenaſq; trahent connexo tempore noctes.
Et totidem luces adiment ſic parua dierum

Efficitur mora & ternis conſumitur horis
Paulatimq́ꝫ perit ſpatio fulgentibus aſtris
Pluraq́ꝫ per partes ſub rupto tempore ſigna
Tempore quærantur medio celata tumore
Adducentq́ꝫ ſimul phœbum texentq́ꝫ tenebras
Menſibus eruptis donec ſit debilis annus.
Si uero natura ſinat ſub uertice cæli
Quem gelidus rigidis fulcit compagibus axis
Aeternas ſuper ire niuis orbemq́ꝫ regentem
Prona lycaoniæ ſpectantem membra puellæ
Stantis erit cæli ſpeties laterumq́ꝫ meatus
Turbinis in morem recta uertigine currit
Inde tibi obliquo ſex tantum ſigna patebunt
Circuitu nullos unq̄ fugientia uiſus
Sed teretem accliui mundum commitantia ſemper
Hic erit una dies per ſenos undiq́ꝫ menſes
Dimidiumq́ꝫ trahens contextis lucibus annum.
Nunq̄ erit occiduus quod tanto tempore phœbus
Dum bis terna ſuis perluſtrat curſibus aſtra
Sed circum uolitans recto uerſatur ab orbe
At ſimul e medio preceps deſcenderit orbe
Inferiora petens deiecto ſydera curſu
Et dabit in pronum laxas effuſus habenas
Per totidem menſes iunget nox una tenebris
Vertice ſub cæli. nam quiſquis ſpectat ab omni
Dimidium & toto mundum uidet orbe rotundo
Par latet inferior: neq́ꝫ enim circum uenit illam
Recta acies medioq́ꝫ tenus diſtinguitur aluo

Effugit ergo oculos ſummo ſpectantis ab orbe
Dum ſex ſubmerſis uectatur phœbus in aſtris
Adducitq; ſimul luces tenebraſq; relinquit
Syderibus donec totidem quot menſibus actis
Ceſſerit unde reddit geminaſq; aſcendit ad arctos
Hic locus in binas annum nocteſq; dieſq;
Per duo partitæ dirimit diuortia terræ.
Et quoniam quinto uariantur tempora motu
Et quibus e cauſis dictum eſt. nunc accipe ſigna
Quot ſurgant in quoq; loco cedantq; per horas
Partibus ut prendi poſſint orientia certis
Ne falſus dubia ratione horoſcopus erret.
Atq; hoc in totum certa ſub lege ſequendum eſt.
Singula quod nequeunt per tot diſtantia motus
Temporibus numeriſq; ſuis exacta referri
A me ſumat iter poſitum ſibi quiſque ſequatur
Perq; ſuos tendat greſſus mihi debeat artem
Quoq; modo hoc paret & terrarum quiſque requirat
Deducat proprias noctemq; diemq; per horas
Maxima ſub cancro minimiſq; cingitur umbris.
Et ſextam ſummæ fueritq; ſorte diurnæ
Vicino tribuat poſt cancri templa leoni
At quæ nocturnis fuerit menſura tenebris
In totidem partis ſimili ratione ſecanda eſt
Vt quantum urna ferat tantum tribuatur ad ortus
Temporis aduerſo naſcentia ſydera tauro
Has inter quaſque accipiet nemeæus in horas.
Quod diſcrimen erit per tres id diuide partis

Tertia ut accedat geminis que tempora tauri
Vinciant:atqꝫ eadem cancro ſimiliſqꝫ leoni
Sic erit ad ſummam ratio per deducta priorem
Quomodo diuiſis nemeæus duxerit horis.
Inde pari uirgo procedat temporis auctu
Sed certa ſub lege prioris ſemper ut aſtri
In columen ſeruet ſummam creſcenſqꝫ nouando
His uſqꝫ ad denas horarum partibus auctis
Per totidem libræ decreſcent ſydera partis
Et quantis in utranque modis tolluntur ad ortus
Diuerſam in ſortem tantis mergentur ad umbras
Hæc erit horarum ratio ducenda per orbem
Illaqꝫ quod ſtadiis oriantur queque cadantqꝫ
Que cum ter centum numeris uicenaqꝫ conſtent
Detrahitur ſummæ tota pars quota demit utrumque
Omnibus ex horis æſtiuæ nomine noctis
Solſtitium ſummo per agat cum phœbus olympo
Quodqꝫ his exuperat demptis id ducito in æquas
Sex partes ſextamqꝫ ardenti trade leoni
Rurſus qui ſteterit numerus ſub nomine noctis
Eius erit ſigno tauri pars illa dicenda
Quodqꝫ hanc exuperat partem ſuperatur ab illa
Diſtinguitqꝫ duas medio diſcrimine ſummas
Tertia pars eius numero ſuper addita tauri
Traditur & geminis ſimili tunc cætera lucro
Procedunt numeros ſemper tutata prioris
Agebuntqꝫ nouem nemeæas nomine ſummas
Donec peruenient ad iuſtæ tempora libræ

Ex illa totidem per partis ſic breuiantur
Lanigeri ad fines conuerſaq; omnia lege
Accipiunt perduntq; pares cedentia ſortis
Hæc uia monſtrauit ſtadiorum ponere ſummas
Et numerare ſuos ortus per ſydera cuncta
Quod breue cum propriis ſimul acceptaueris horis
In nulla fallet regione. horoſcopus unquã
Cum poterunt certis numerari ſingula ſigna
Temporibus parte ex illa quam phœbus habebit.

### De aſcenſionibus tẽporũ & deſcenſionibus

Nunc quibus hyberni momentis ſurgere mẽſes.
Incipiant neq; enim paribus per ſydera cuncta
Procedunt gradibus niuei dum uellera ſigni
Contingunt æquum luces cogentia & umbras
Ferre iugum magna eſt ratio breuiterq; docenda.
Principio capienda tibi eſt menſura diei
Quam minimam capricornꝰ agit nocteſq; per horam
Quam ſummam quoq; ad iuſto ſuperauerit umbras
Et crepitent luces eius pars tertia ſigno
Tradenda eſt medio ſemper qua ſorte retenta
Dimidio uincat primum uincatur & ipſum
Extremo totum in partis ita dirigere tempus
His opibus tria ſigna etiam ſed ſumma prioris
Accedant numeri coniuncta ſequentibus aſtris
Ceſſerit ut ternis fuerit ſi longior horis
Brumali nox ſorte die capricornus ut hora
Dimidia attollat luces & aquarius horam
Ipſe ſuam prope ducat ſummeq; priori

Adiungat piſces tantum ſibi temporis ipſe
Conſtituant quantum accipiant de ſorte prioris
Et tribus expletis horis noctemq; diemq;
Lanigero tradant æquandum tempore ueris
Incipit a ſexta tempus procedere parte
Dimidium triplicant uires hærentia ſigna
Vltimaq; acceptas duplicant ita ſumma diebus
Cedere diuerſa labentia tempora lege
Nanq; aries totidem deducit noctibus horas
Quot prius abſtulerant proprio ſub nomine piſces
Hora datur tauro incumuletq; ut damna priora
Dimidiam adiungunt geminis ſic ultima primis
Redditur. æquate ſoluuntur fœmore noctes
Rurſus & incipiunt propria de ſorte diebus.
Reſpondent pariterq; illis que proxima fulgent
Et media æquatis cenſentur uiribus aſtra
Præcipuoſq; gerunt uarianda ad tempora motus
Hac uice diſcedunt noctes ad ſydera brumæ
Tolluntur q; dies anniq; inuertitur orbis
Solſtitium tardi cum ſit ſub ſydere cancri
Tuncq; diem brumæ nox æquat tempora noctis
Longa dies ſimiliſq; redit quam creuerat actu.
Illa etiam poterit naſcens uia ducere ad auſtrum
Quod quandoq; uadis emiſſum redditur orbi
Nam quotta ſit lucis ſi luce requiritur hora
Aſpicies atq; hunc numerum renotabis in ipſum
Multiplicans decies adiectis inſuper iiſdem
Quinque tamen ſummis quia qualicunque ſub hora

Ter quinas mundi ſex tollunt ſydera partes
Hic ubi conſtiterit numerus coniungis & illas
Quæ ſuperent phœbo partes per ſigna memento
Ex hac tricenas ſummas per ſydera partes
Diſtribues primamq; uicem quo phœbus in aſtro
Fulſerit hinc aliis ſolem quecunque ſequentur
Cum quo conſiſtet numerus conſumptus in aſtro
Quaue in parte ſuam ſummam numeriq; reliqui
Hæc erit exoriens & pars & forma per ignis
Contineat partes ubi ſummam fecerit unam
Tricenas dabis ex illa per ſingula ſigna
Donec deficiat numerus quaq; illa ſub aſtris
Parte cadat credas illa cum corpore natam
Eſſe hominis pariterq; orbem uidiſſe per ignem
Sic erit ipſe tibi rapidis quærendus in aſtris
Natalis mundi certoq; horoſcopus ortu
Vt cum ex hac ſedes ſteterit ſub cardine primo
Fallere non poſſint ſummi faſtigia cæli
Non fallant obitus ſtent fundamenta ſub imo
Stent ueri ſtellarum ortus ueriq; ſub ortus
Dena ꝙ in proprias uires forteſq; recedant.

Cuius ſigni quiſque annꝰ mēſis dies aut hora ſit

Nunc ſua reddentur generatim tempora ſignis
Que diuiſa etiam proprios ducuntur in annos
Et menſes luceſq; ſuas horaſq; dierum
Per quos precipuas oſtendunt ſingula uires
Primus erit ſigni quo ſol effulſerit annus
Annum quod luſtrans conſumit tempora mundi.

Proximus atq; illi ſubeuntia ſigna ſequntur.
Luna dabit menſes peragunt quod menſtrua curſum
Tutelæq; ſuæ primas horoſcopus horas
Afferit atq; dies tradiq; ſequentibus aſtris
Sic annum menſiſq; tuos natura dieſq;
Atq; ipſas uoluit numerari ſigna per horas
Omnia ut omne foret diuiſum tempus in aſtra
Per que alterna ſuos uariaret ſydera motus
Vt cuiuſq; uices ageret redeuntis in orbem.
Id circo tanta eſt rerum diſcordia in æuo
Et ſub texta malis bona ſunt lacrimæq; ſequuntur
Vota nec in cunctis ſeruat fortuna tenorem
Vſq; adeo permixta fluit nec permanet uſquã
Amiſitq; fidem uariando cuncta per omnes
Non annis anni non menſes menſibus uſq;
Conueniunt ſeq; ipſe dies alium relinquit
Horaq; non ulli ſimilis producitur horæ
Tempora conſiſtunt propriiſq; carentia ſignis
Per numeros omnis æui diuiſa uolantis
Taliſq; efficiunt menſes caſuſq; minantur.
Qualia ſunt quorum uicibus conuertimur aſtra
Sunt quibus ut cæli pateant naſcentibus ab horæ
Sydera que memorant horoſcopon in uenturis
Parteq; ex illa deſcribitur hora diebus
Omne genus rationis agit per tempora & aſtra
Et caput ex uno menſes annoſq; dieſq;
Incipere atq; horas traditq; ſequentibus aſtris
Et quã quã ſocia naſcuntur origine cuncta

Diuerſas tamen eſſe uices quod tardius illa
Hec citius peragunt orbem uenit omnis ad hauſtrum
hora dies bis menſe dies ſemel unus in anno
Menſis & ex actis bis ſex iam ſolibus annus
Difficile eſt in idem tempus concurrere cuncta
Vnius & ſigni periter ſit menſis & annus
Aſperiorem enim aget menſem menſis in aſtrum
Lentius inciderit ſignum ſi triſte diei
Si fortuna diem foueat ſi durior hora
Id circo nihil in totum ſibi credere fas eſt
Non anno ſigni menſes uertentibus annis
Menſibus aut luces omnis lucibus horas
Quod nunc illa nimis properant nunc illa morantur
Et modo deeſt aliud modo adeſt uicibuſq; recedit
Aut redit atq; alio mutatur tempore tempus
Interpellatum uariatum ſorte dierum

### Quod annos tribuat unumquodq; ſignum

Et quoniam duci per ſingula tempora uitæ
Quod quandoq; genus uenit cuiuſque ſit aſtri
Quiſque annus cuius menſis ſimul hora dieſq;
Altera nunc ratio que ſummam continet æui
Reddenda eſt quot queque annos dare ſigna ferantur
Que tibi cum finem uitæ per ſydera queris
Reſpicienda manet ratio numeriſq; notanda
Bis quinos annos aries unumq; trientem
Frondatum dabit appoſitis tu taure duobus
Vincis. ſed totidem geminorum uinceris aſtro
Tuq; bis octonos cancer binoſq; trientis.

Biſq; nomen nemeæ tribues biſſexq; ſub illis
Erigone geminatq; decem geminatq; trientem
Nec plures fuerint libræ q̃ uirginis anni
Scorpius æquabit tribuentem dena leonem
Centauri fuerint eadem quoq; munera cancri
Ter quinos capricorne dares ſi quattuor eſſent
Appoſiti menſes triplicauit aquarius annos
Quattuor & menſes uitam producit in octo
Piſcibus ac aries & ſorte & finibus hærens
Luſtra decem tribuet ſoles cum menſibus octo.

Quot annos quque loca tribuant

Nec ſatis eſt annos ſignorum noſcere certos
Ne lateat ratio finem quærentibus æui
Templa quoq; & partes cæl i ua munera norunt
Et proprias tribuunt toto diſcrimine ſummas
Cum bene conſtiterit ſtellarum conditus ordo
Sed mihi templorum tantum nunc iura canentur
Mox ueniet mixtura ſuis cum uiribus omnis
Cum bene materies ſteterit per cognita rerum
Non inter poſitis turbantur undiq; membris
Si bene conſtiterit primo ſub cardine luna
Quod redit in terras mundus naſcenſq; tenebat
Exortum octonos decies ducetur in annos
Si duo decedant at cum ſub culmine ſummo
Conſiſtet tribus hic numerus fraudabitur annis
Bis quadragenis occaſus diues in annis
Solis erat numero niſi deeſſet olympias una
Primaq; tricenos bis fundamenta per annos

Cenſentur bis ſex adiectis menſibus æuo
Quodq; prius natum fuerit deſtrumq; trigonum
Hoc ſexagenos tribuit duplicatq; quaternos.
Quod fuerit leuum prælataq; ſigna ſequetur
Tricenos annos duplicat tres inſuper addit
Queque ſuper ſignum naſcens hoc ordine primum
Tertia forma eſt & ſummo iam proxima cælo
Hoc ter uicenos geminat tres abſtrahit annos.
Queq; infra ueniens ſpatio diuiſa ſub æquo
Ter quinquagenas complet ſua munera brumas
Quiq; locum ſuperat naſcens horoſcopus ille
Dena quater reuocat uertentis tempora ſolis
Accumulatq; duos curſus: iuuenemq; relinquit.
At qui præcedit ſurgentis cardinis horam
Vicenos ternoſq; dabit naſcentibus annos
Vix deguſtatam rapiens ſub flore iuuentam
Quod ſuper occaſus temptatum eſt dena remittit
Annorum ſpatia & decimam tribus applicat auctis
Interius puerum interimet bis ſexq; peractis
Immatura trahit natalis corpora morti.

Que ſunt triplicatá ſigna & quas héant uires

Sed tamen in primis memori ſunt mente notanda
Partibus aduerſis que ſurgunt condita ſigna
Diuiſumq; tenent æquo diſcrimine cælum
Que topica appellant ꝙ in illis quattuor anni
Tempora uertuntur ſignis nodiſq; reſoluunt
Totumq; emittunt conuerſo cardine mundum
Inducuntq; nouas operum rerumq; figuras.

Cancer ad æſtiuæ fulget faſtigia zonæ
Extenditq; diem ſummum paruoq; receſſu
Deſtruit & quanto fraudauit tempore luces
In tantum noctes auget ſtat ſumma per omnes
Cum cererem fragili properat diſtringere culmo
Campus & in uarias diſtringunt membra paleſtras
Et tepidum pelagus iactatis languet in undis
Tunc & bella fero tractantur marte cruenta
Nec ſcithiam defendit hyemis germania ſicca
Iam tellure fugit Niluſq; tumeſcit in auras
Hic iterum ſitus eſt cancri cum ſydere phœbus
Solſtitium facit & ſummo uerſatur olympo
Parte ex aduerſa bruinam capricornus inertem
Per numinas cogit noctes & maxima lucis
Tempora producitq; diem tenebraſq; reſoluit
Inq; uicem nunc damna quidem nunc tempora ſuplet
Tunc riget omnis ager clauſum mare condita caſtra
Nec tollerant medias hyemis hortentia ſaxa
Statq; uno natura loco paulumq; quieſcit
Proxima in effectu ſimili referentia motus
Eſſe ferunt luces æquantia ſigna diebus
Nanq; aries phœbum repentem ſydera cancri
Inter principium reditus finemq; coercet
Tempora diuiſo iungens concordia mundo
Conuertitq; uices uictumq; ad ſydera bruinæ
Exuperare diem iubet & ſuccumbere noctes
Aeſtiui donec ueniant ad ſydera cancri
Tum primi nuti pelagus conſternitur unda

Et uarios audet flores emittere tellus
Tunc pecudum uolucrumq; genus per pabula læta
In uenerem partumq; ruit totumq; canora
Voce nemus loquitur frondemq; uireſcit in omnem
Viribus in tantum ſignis natura mouetur.
Huic ex aduerſo ſimili cum ſorti refulget
Libra diem noctemq; pari cum fœdere ducit
Tantum ꝙ uictas uſq; ad ſe uincere noctes
Ex ipſa iubet ac bruinæ tamen tempora uincunt
Tum liber grauida deſcendit plenus ab ulmo
Pinguaq; impreſſis deſpumatum muſta racemis
Mandant & ſulcis cererem dum terra tepore
Autumni reſoluta patet dum ſemina ducit
Quottuor hec & in arte ualent & tempora uertunt
Sic hoc aut illos rerum flectentia caſus
Ne quicquam in prima pacientia ſede manere.
Sed non per totas æqua eſt menſura figuras
Omnino nec plenis flectuntur ſydera ſignis
Vna dies ſub utroque æquat ſibi tempore noctem
Nam libra arq; aries autumnum uerq; figuratum
Vna dies toto cancri longiſſima ſigno
Que nox æqualis capricorni ſydere fertur
Cætera nunc urgent uicibus nunc tempora cedunt
Vna ergo in tropicis pars eſt cernenda figuris
Quæ moueat mundum: quæ rerum tempora mutet
Fata ciat conſulta alios declinet in uſus
Omnia in aduerſum flectant rurſuſq; reuoluant
Has quidem uires octaua in parte reponunt

Sunt quibus eſſe placet decimas nec deſuit auctor
Q ui primæ momenta daret frenoſq; dierum

Capitula tertii libri

Prohemium. De negotiis rerum que cuncta in genera & partis bis ſex diuiſa. Et quibus aſcendant ſignis. De menſura temporum & ſignorum. De inclinationibus mundi. De aſcenſionibus temporum & deſcenſionibus. Cuius ſigni quiſque annus aut menſis aut dies aut hora. Q uot annos tribuat unumquodque ſignum. Q uot annos que que loca tribuant

Marci Manlii aſtronomicon liber tertius finit
Incipit eiuſdem liber quartus

De uitiis

Vid tam ſollicitis uitam conſumimus annis
Torquemurq; metu cæcaq; cupidine rerum
Aeterniſq; ſenis curis dum quærimus æuum
Perdimus: & nullo uotorum fine beati.
Victuros agimus ſemper: nec uiuimus unq̄.
Pauperiorq; bonis quiſque eſt qui plura requirit
Nec quod habet numerat: tantum quod nõ habet optat
Cumq; ſui paruos uſus natura repoſcat.
Materiam ſtruimus magnæ per uota ruinæ.
Luxuriamq; lucris emimus: luxuq; rapinas.
Et ſummum cenſus precium eſt effundere cenſum.
Soluite mortales animos curaſq; leuate.
Totq; ſuperuacuis uitam deflere quærelis.

Fata regunt orbem certa ſtant omnia lege
Longaq; per certos ſignantur tempora curſus
Naſcentes morimur finiſq; ab origine pendet.
Tunc & opes & regna fluunt: & ſæpius orta
Paupertas arteſq; datæ moreſq; creati
Et uitia & clades damna & compendia uitæ
Nemo caret damno. poterit nec habere negatum
Fortunamue ſuis in uitam pendere uotis
Aut fugere inſtantem ſors eſt ſua culpa ferenda
At niſi fata darent leges uiteq; neciſq;
Fugiſſent ignes aeneam troia ſub uno
Non euerſa uiro fatis uiciſſet in ipſis?
Aut lupa proiectos nutriſſet matria frattes?
Rhomaq; ſic enata foret pecudumq; magiſtri
In capitolinos anxiſſent fulmina montis
Includiue ſua potuiſſet Iuppiter arce
Captus: uel caput hic orbs & foret igne ſepulto
Vulneribus uictor repetiſſet mutius urbem?
Solus & appoſitis clauſiſſet horatius armis
Pontem urbemq; ſimul: rapiſſet fœdera uirgo
Treſq; ſub unius fratres uirtute iacerent?
Nulla acies tunc euicit pendebat ab uno
Rhoma uiro. regnumq; orbis ſortita iacebat.
Quid referam cannas ad motaq; mœnibs arma?
Varronemq; pigrum magnum q̄ uiuere poſſet
Poſtq; tuos traſimene lacus fabumq; morantem
Accepiſſe iugum uictas carthaginis arces.
Speratum hanibalem noſtris cecidiſſe cathenis

Exiliumq; rogi furtiua morte luiſſe
Adde etiam Italicas uires rhomamq; ſuiſmet
Pugnantem membris adiice & ciuilia bella
Ee cunbrum in mario:mariumq; in carcere uictum
Quod conſul totiens exulq; & exule conſul
Et iacuit libiicis compar iactura ruinis
Atq; crepidinibus cœpit carthaginis orbem.
Hoc niſi fata darent unquã fortuna tuliſſet?
Quis te niliaco periturum littore magne
Poſt uictas mitridatis opes pelaguſq; receptum
Et tres emenſo meritos ex orbe triumphos
Cumq; etiam poſſes alium componere magnum
Ctederet:ut corpus ſepeliret naufragus ignis
Et collecta rogum facerent fragmenta carne
Quis tantum mutare poteſt ſine numine fati?
Ille etiam cælo genitus cæloq; receptus
Cum bene compoſitis uictor ciuilibus armis
Iura togæ regeret totiens predita cauare
Vulnera non potuit toto ſpectante ſenatu
Indicium deſtra retinens nomenq; cruore
Delcuit proprio poſſent ut uincere fata.
Quid numerem euerſus urbis regumq; ruinas?
Inq; rogo crœſum priamumq; in littore truncum
Cui nec troia rogus? quid Zerſen maius & ipſo
Naufragum pelago? quid captos agmine rege
Rhomanis poſitos raptoſq; ex ignibus ignes
Cedentemq; uiro flammam qui templa ferebat?
Quod ſubite ueniunt:ualidorũ in corpora mores?

Seq; ipſæ rurſus fugunt errantq; per ignis
Ex ipſis quidam elati rediere ſepulchris
Atq; his uita duplex illis uix contigit una
Ecce leuis perimit morbus grauiorq; remittit
Succumbunt artis rationis uincitur uſus
Cura nocet ceſſare iuuat mora ſæpe malorum
Dat cauſas læduntq; cibi: pereuntq; uenena
Degenerant nati patribus uincuntq; parentis
Ingeniumq; ſuum retinent tranſitq; per illum
Ex illo fortuna uenit furit alter amore
Et pontum tranare poteſt & uertere troiam.
Alternis frons eſt ſcribendis legibus apta
Ecce parti nati perimunt natoſq; parentes
Mutuaq; armati coeunt in uulnera fratres.
Non noſtrum hoc bellum eſt coguntur tanta mouere
Inq; ſuas ferri penas lacerandaq; membra
Et decios non omne tulit non omne camilos
Tempus & inuictum deuicta morte catonem.
Materies in rem ſuperat ſed lege repugnat.
Et neq; paupertas breuiores excipit annos
Nec ſunt in menſis opibus uenalia fata.
Sed rapit excepros ſimus fortuna ſuperbos
Indicitq; rogum ſūmis: ſtatuitq; ſepulchrum.
Q uantum eſt hoc regnum quod regibus imperat ipſis?
Q uin etiam infœlix uirtus & noxia fœlix.
Et male conſultis precium eſt prudentia fallit
Nec fortuna probat cauſas ſequiturq; merentis
Sed uaga per cunctos nullo diſcrimine fertur.

Scilicet eſt aliud quod nos cogatq; regatq;
Maius. & in proprias ducat mortalia leges.
Attribuatq; ſuos ex ſe naſcentibus annos
Fortunæq; uices permiſcet ſæpe ferarum
Corpora: cum membris hominum non ſeminis ulle
Partus erit. quid enim nobis comune feriſq;?
Quiſue in portenti noxam pecccarit adulter?
Aſtra nouant formas cælumq; interſerit ora.
Deniq; ſi non eſt fati: cur traditur ordo?
Cunctaq; temporibus certis uentura canuntur?
Nec tamen hæc ratio facinus defendere pergit
Virtutemue ſuis fraudare in premia donis
Nam neq; mortiferas quiſquam minus oderit herbas
Quod non arbitrio ueniunt ſed ſemine certo
Gratia: nec leuior tribuetur dulcibus eſcis
Quod natura dedit fruges: non ulla uoluntas.
Sic hominum menti tanto ſit gloria maior
Quod cælo gaudente uenit rurſuſq; nocentis
Oderimus magis in culpam pænaſq; creatos.
Nec refert ſcælus unde cadat ſcelus eſſe fatendum.
Hoc quoq; fatale eſt. ſic ipſum expendere fatum.
Quod quoniã docui ſuper eſt nunc ordine certo
Cæleſtis fabricare gradus: qui ducere flexo
Tramite prudentem ualeant ad ſydera uatem.
Nunc tibi ſignorum mores ſummumq; colorem
Et ſtudii uarias artis ex ordine reddam.
Diues fecundis aries in uellera lanis
Exutuſq; nouis: rurſus ſpem ſemper habebit

Naufragiumq; inter ſubitum cenſuſq; beatos
Creſcendo cadet & uotis in damna feretur
In uulgumq; dabit fructus & mille per artis
Velera diuerſos ex ſe parientia quæſtus
Nunc glomerare rudis nunc rurſus ſoluere lanas
Nunc tenuare leui filo nunc ducere tellas
Nunc gemere & uarias in queſtum uendere ueſtis
Quis ſine non poterant ille ſubſiſtere gentes
Vel ſine luxuria tantum eſt opus ipſa ſuismet
Aſſeruit pallas manibus dignumq; putauit
Seq; in aragnea magnum putat eſſe triumphum
Hec ſtudia & ſimilis dicet naſcentibus artis.
Et dubia in trepido precordia pectore figet.
Seq; ſua ſemper cupientia uendere laude.
Taurus ſimplicibus donauit rura colonis
Pacatiſq; labor ueniet nec parentia laudis
Sed terræ tribuet partus ſummittit aratris
Colla iugumq; ſuis poſcit ceruicibus ipſe
Ille ſuis phœbi portat cum cornibus orbem
Miliciam indicit terris & ſegnia rura
In ueteres reuocat cultus dux ipſe laboris
Nec iacet in ſulcis ſoluitq; in puluere pectus.
Serranos curioſq; tulit facileſq; per arua
Tradidit eque ſuas dictator uenit arato.
Laudis amor tacite mentes & corpora tarda
Mole ualent habitatq; puer ſub fronte cupido
Mollius e geminis ſtudium eſt & mitior ætas
Per uarios cantus modulataq; uocibus ora

Et gracilis calamos & neruis inſita uerba
Ingentem ſonum labor eſt etiam ipſa uoluptas.
Arma procul lituoſq; uolunt: triſtemq; ſenectam.
Otia. & æternum peragunt in morte iuuentam.
Inueniunt & in aſtra uias numeriſq; modiſq;
Conſumant orbem poſtquam ipſos ſyderra linquunt.
Natura ingenio minor eſt perq; omnia ſeruit.
In tot fecundi gemimi commenta feruntur.
Cancer at ardenti fulgens in cardine uictum
Quem phœbus ſummis reuocatus curribus ambit
Articulum mundi retinet luceſq; reflectit.
Ille tenax animi nullos infuſis in uſus.
Attribuit uarios quæſtus artemq; lucrorum
Merce peregrina fortunam ferre per urbis
Et grauida annoſe ſpeculantem incendia uentis
Credere opes orbiſq; orbi bona uendere poſſe
Totq; per ignotas commertia iungere terras.
Atq; alio ſub ſole nouas exquirere prædas
Et rerum pretio ſubitos componere cenſus
Nauigat & ſterilis optande ſortibus annos.
Dulcibns uſeris æquo quoq; tempora uendit
Ingenium ſolers ſuaq; in compendia pugnax.
Quis dubitet uaſti quæ ſic natura leonis
Quaſq; ſuo dictet ſigno naſcentibus artis?
Ille nouas ſemper pugnas noua bella ferarum.
Apparat & pectorum ſpolio uiuitq; rapinis
Hoc habet hoc ſtudium poſtis ornare ſuperbos
Pellibus & captas domibus configere prædas

Et paccare metu ſyluas & uiuere uicto
Sunt quorum ſimilis animos nec mœnia frenent
Sed pecorum membras media graſſentur in urbe
Et laceros artus ſuſpendant fronte tabernæ
Luxuriæq; parent cedem moreſq; lucrentur
Ingenium ad ſubitas iras facileſq; receſſus
Equale & puero ſententia pectore ſimplex.
At quibus erigone dixit naſcentibus æuum
Ore magiſterio nudoſq; coercita uirgo
Ad ſtudium ducit mores & pectora doctis
Artibus inſtituit nec tam compendia cenſus
Quã cauſas uireſq; dabit per quirere rerum
Ille decus linguæ faciet regnumq; loquendi
Atq; oculos mentis qua poſſit cernere cuncta
Quãuis occultis naturæ condita cauſis
Hic & ſcriptor erit fœlix cui littera uerbum eſt
Quiq; notis linguam ſuperet curſumq; loquentis
Excipiet longas noua per compendia uoces
In uicio bonus & teneros pudor impedit annos
Magnaq; naturæ cohibendo munera frenat
Hinc fecundus erit: quod mirum in uirgine partus.
Labiantes noctem chele cum tempore lucis
Per noua matri poſt annum munera bacchi
Menſuræ & tribuent uſus & pondera rerum
Et palamadeis certatem uiribus ortum.
Qui primus numeros rebus qui nomina ſummis
Impoſuit circumq; modum propriaſq; figuras
Hinc etiam legum tabulas & condita iura

Nouerit atq; notis leuibus pendentia uerba.
Et licitum ſciet & uetitumq; quæ pæna ſequatur
Perpetuus populi priuato in lumine prætor
Non alio potius genitus ſit ſeruius aſtro
Q ui leges potius poſſint q̃ iura retexit
Deniq; in ambiguo fuerit quodcunque locatum
Et rectoris egens dirimunt examina libræ.
Scorpius armata uiolenta cuſpide cauda
Q ua ſua cum phœbi currum per ſydera ducit
Rimatur terras & ſulcis ſemina miſcet.
In bellum ardentis animos: & martia caſtra
Efficit & multo gaudentem ſanguine ciuem.
Nec præda q̃ cede magis cumq; ipſa ſub armis
Pax agitur capiunt ſaltus ſyluaſq; per errant.
Nunc hominum nunc bella gerunt uiolenta ferarum
Nunc capit in mortem uendunt & funus harenæ
Atq; hoſtem ſibi quiſque parat: cum bella quieſcunt
Sunt quibus & ſimulacra placent: & ludus in armis:
Tantus amor pugne eſt diſcuntq; per otia bellum
Et quodcunque pari ſtudium producitur arte.
A quibus in biſero centauri corpore ſors eſt
Naſcendi concenſſa libet coniungere currus
Ardentis & equos ad mollia ducere frena.
Et totis armenta ſequi paſcentia campis.
Q uadrupedum omne genus poſitis domitare magiſtris
Exorare tigris rabiemq; aufferre leoni
Cumq; elephante loqui tantamq; optare loquendo
Artibus humanis uaria ad ſpectacula molem

Quippe fere mixtum eſt hominis per ſydera corpus
Impoſitumq; manet quo circa regnat in illos
Quodq; intenta gerit curuato ſpicula cornu.
Et neruos tribuit membras & acumina cordi
Et cæleres motus nec delaſſabile pectus.
Feſtiuos capricorne foues penetralibus ignis
Nunc artis ſtudiumq; trahis nam quicquid in uſus
Ignis agit poſcitq; nouas ad munera flammas
Sub te cenſendum eſt ſcrutari ceca metalla
Depoſitas & opes terræ exurere uenas
Materiamq; manu certa duplicarier arte
Quicquid & argento fabricetur quicquid & auro
Quod ferrum calidi ſoluant atq; era camini
Conſumentq; foci cererem tua munera ſurgunt
Addis & in ueſtis ſtudium mercemq; fugacem
Frigore brumalem ſeruans per ſydera ſortem
Qua retrahis ductas ſumma ad faſtigia noctes.
Naſcentemq; facis reuocatis lucibus annum
Hic & mobilitas rerum mutataq; ſæpe
Mens natat & melior iuncto ſub piſce ſenecta eſt
Pars prior & ueneri mixto cum crimine ſeruit.
Ille quoq; inflexa fontem qui proiicit arua
Cognatas tribuit iuuenilis aquarius artes.
Cernere ſub terris undas inducere terris
Ipſa que conuerſis aſpergere fluctibus aſtra
Litteribuſq; nouis per luxum ludere ponto
Et uarios fabricare lacus & flumina ficta
Et peregrinantis domibus ſuſpendere riuos.

Mille ſub hoc habitant artes quas temperat unda
Q uippe etiam mundi faciem ſedeſq; mouebit
Sydereas cælumq; nouum uerſabit in orbem
Q ue per aquas ueniunt operum pontiſq; ſequentur
Mitte genus dulceſq; fluunt ad ſydera partus
Pectora nec ſordent faciles in damna feruntur
Nec deeſt nec ſuper eſt cenſus ſic profluit urna.
Vltima quos gemini producunt ſydera piſces
His erit in pontum ſtudium uitamq; profundo
Credent & puppis aut puppibus arua parabunt
Q uicquid & in proprios pelagus deſiderat uſus
In numeræ ueniunt artes uix nomina rebus
Sufficiunt tot ſunt paruæ quoq; membra carinæ
A dde gubernandi ſtudium peruenit in aſtra
Et pontum cælo conuinxit nouerit orbem
Fluminaq; & portus mundi uentoſq; neceſſe eſt
Iamq; huc atq; illuc caligine uertere clauum:
Et frenare ratem fluctuſq; effundere rectos
Aut remis agere & lentas inflectere tonſos
Et placidum ductis euertere retibus æquor
Littoribuſq; ſuis populos exponere captos
Aut uncos celare cibos aut carcere fraudem
Naualis etiam pugnas pendentia bella
A ttribuunt pelagiq; inſectos ſanguine fluctus.
Fecundum genus eſt nautis & amica uoluptas
Et celeres motus mutataq; cuncta per æuum.
Hos tribuunt mores: atq; has naſcentibus artis
Biſſex materia propria polentia ſigna.

Sed nihil in ſe met totum ualet omnia uires
Cum certis ſociant ſignis ſub partibus æquis.
Et uelut hoſpitio mundi commertia iungunt
Conceduntqꝫ ſuas partis retinentibus aſtris
Quam partem decimam dixere decania gentes.
An numero nomen poſitum eſt: ꝙ partibus aſtra
Condita tricenis propria ſub ſorte feruntur
Et tribuunt denas in ſe coeuntibus aſtris
Inqꝫ uicem ternis habitantur ſydera ſignis
Sic altis natura manet conſepta tenebris
Et uerum in cælo eſt multaqꝫ ambagine rerum
Nec breuis eſt uſus nec amat compendia cælum.
Verum aliis alia oppoſita eſt & fallit imago:
Mentiturqꝫ ſuas uires & nomina celat.
Que tibi non oculis alta ſed mente fuganda eſt
Caligo penitus deus non fronte notandus.
Nunc que ſint coniuncta quibus quoue ordine reddam
Ne lateant aliæ uires aliena per aſtra
Aſtrorum princeps primam ſeruat ſibi partem
Altera ſors tauro geminis per tertia cedit
Sic inter denas diuiſum ducitur aſtrum
Totqꝫ dabit uires dominos quot quotqꝫ recepit.
Diuerſa in tauro ratio eſt nec parte ſub illa
Cenſetur: cancro primam mediamqꝫ leoni.
Extremam erigonem tribuit natura per aſtrum.
Stat tamen & proprias miſcet per ſingula uires
Libra decem partes geminorum prima capeſſit
Scorpius adiuncta centauri tertia parte

Nec quiſquam numero diſcernitur: ordine cedit
Cancer inaduerſum capricorni dirigit aſtrum
Bis quinas primum partis dignatur in illo
Temporis articulo ſub quo cenſetur & ipſe
Quod facit æqualis luces brumalibus imbris
Cognatamq; gerit diuerſo in cardine legem.
Alterius partis perfundit aquarius ignes
Quem ſubeunt piſces extremo ſydere cancri
At leo conſortis meminit ſub lege trigoni
Lanigerumq; ducem recipit taurumq; quadrato
Coniunctum ſibi ſub geminis pars tertia fertur.
Hos quoq; contingit per ſenos linea flexus
Principium erigone cancro concedit honorem
Cum tribuit primam partem uicina relicta eſt.
Vicino nemee tibi pars ipſius una eſt
Que aſtidito conceſſa eſt iure potiri
Sed libra exemplo gaudet pariterq; regentes
Noctesq; dies diuerſo in tempore ſecum
Lanigerum ſequitur ut bis iuga temperet illa
Hic autumnalis componit lucidus horas.
Nulli concedit primam traditq; ſequenti
Vicinam partem centauri tertia ſumma eſt
Scorpius in prima capricornum parte locauit
Alterius dominum cui nomen fecit ab undis
Extremas uoluit partis ſub piſcibus eſſe
At qui contento minitatur ſpicula neruo
Lanigero primas tradit ſub iure trigeni

Scorpius in prima capricorni parte locauit
Et medias tauro partis geminiſq; ſupremas
Nec manet ingratus capricornus crimine turpi
Sed munus reddit cancro recipitq; receptus
Principiumq; ſui donat coniuncta leoni
Regna ferunt ſummaſq; partes & uirginis eſſe
Fontibus æternis gaudens urnaq; fluenti
Iura ſui libræ permittit prima regenda.
Hærentiſq; decem partis nepa uindicat ipſa
Summas centaurus retinet iuuenile per aſtrum.
Iam ſuperant gemini piſces qui ſydera claudunt
Lanigero primos tradunt in finibus uſus
Perq; decem medias partis tu taure receptus
Quod ſupereſt ipſi ſummunt atq; orbe feruntur
Extremo: ſic & ſortis pars ultima cedit
Hæc ratio retegit latitantis robora mundi
In pluriſq; modos repetitaq; nomina cælum
Diuidit & melius ſociat quoq; ſæpius orbem
Nec tua ſub titulis fallantur pectora noctis
Diſſimulant non oſtendunt mortalibus aſtra
Altius eſt acies animi mittenda ſagacis.
Inq; alio quærenda manet iunctiſq; ſequendum
Viribus & cuius ſigni quis parte creatur
Eius habet mores atq; illo naſcitur aſtro.
Talis per denas ſortis natura feretur
Teſtis erit uarius ſub eodem ſydere fœtus
Quodq; in tam multis animantum milibus uno
Que ueniũt ſigno tot ſunt quot corpora mores

Et genus externum referunt aliena per aſtra
Confuſiq; fluunt partus hominum atq; ferarum
Scilicet in partis iunguntur condita pluris
Diuerſaſq; ferunt proprio ſub nomine leges
Nec tantum lanas aries nec taurus aratra
Nec gemini muſas nec merces cancer amabit
Nec leo uenator ueniet nec uirgo magiſtra
Menſuris aut libra potens aut ſcorpius armis
Centauruſq; feris igni capricornus & undis
Ipſe ſuis iuuenis geminiq; per æquora piſces
Mixta.ſed in pluris ſociantur ſydera uires.
Multum in quis tenuemq; iubes me ferre laborem
Cernere cum facili lucem ratione uiderer
Quod quæris deus eſt.conaris ſcondere cælum.
Fataq; fatali genitus cognoſcere lege
Et tranſire tuum pectus mundoq; potiri
Pro precio labor eſt nec ſunt immunia tanta.
Nec mirere uiæ flexus rerumq; cathenas
Admitti potuiſſe ſat eſt ſint cætera noſtra
At niſi per foſſis fugiet te montibus aurum
Rurſus & in magna mergis caligine mentem.
Obſtabitq; ſuis opibus ſuper addita tellus.
Vt ueniant gemmæ totus tranſibitur orbis
Nec lapidum precio pelagus cepiſſe pigebit
Annua ſolliciti conſumunt uota coloni
Et quantæ mercedis erunt fallacia rura
Quæremus lucrum nauis mortemq; ſequemur
In predas pudeat tanto bona uelle caduca

Luxuriæ quoq; milicia eſt uigilatq; ruinis
Venter & ut pereant ſuſpirant ſæpe nepotes.
Quid cælo dabimus? quantum quod ueniat omnne
Inpendendus homo eſt. deus eſſe ut poſſit in ipſo.
Hac tibi naſcentum mores ſunt lege notandi.
Nec ſatis eſt ſignis damnantia diſcere ſigna
Per denos numeros & que ſint inſita cuique
Sed proprias partis ipſas ſpectare memento
Vel glaties rigidas uel quas exuſſerat ignis
Et ſteriles utroque tamen quas largior humor
Quaq; minor iam ſuccus obit. nanq; omnia mixtis
Viribus. & uario conſurgunt ſydera textu.
Eſt equale nihil terrenos aſpice tractus.
Et maris & notis fugientia flumina rippis
Crimen ubiq; frequens & lauda noxia iuncta eſt
Sic ſterilis terris lætis interuenit annus.
Ac ſubito rumpit paruo diſcimine fœtus
Et modo portus erat pelagi iam uaſta carybdis
Laudatiq; cadit poſt paulum gratia ponti
Et nunc per ſcopulos. nunc campos labitur annis.
Aut faciens iter: aut quærens urit ue reditue
Sic etiam cæli partes uariantur in aſtris
Vt ſignum a ſigno ſic a ſe diſcrepat ipſo.
Mementoq; uegat uires utroque ſalubres
Quodq; per has geritur partes ſine fruge creatur
Aut cadit: aut multis ſentit bona mixta quærelis
Nec mihi ſignandæ proprio ſunt carmine partes.
Sed quis tot numeros totiens ſub lege referre

Tot partis iterare queat tot diſcere ſummas
Per uarias cauſas faciem mutare loquendi.
Incidimus ſic uerba piget: ſed gratia deerit
Inuanumq; labor cedit quem deſpicit auris
Sed mihi per carmen fatalia iura ferenti
Et facios cæli motus ad iuſſa loquendum eſt
Nec fugenda datur tantum monſtranda figura
Oſtendiſſe deum nimis eſt dedit ipſe ſibi met
Pondera nec fas eſt uerbis ſuſpendere mundum.
Rebus enim maior nec parua eſt gratia noſtri
Oris: ſi cauſam poterit ſignare canendo.
Accipe damnande que ſint per ſydera partes
Lanigeri pars quarta nocet ne ſexta ſalubris.
Septima pars illi ac decuma: decumæq; ſecunda
Q ueq; duas duplicat ſummas ſeptemq; nouemq;
Vnaq; uiginti numeris pars addita languet
Et quintam & duram conſumat ſeptima partem.
Tauri nona mala eſt ſimilis quoq; tertia pars eſt.
Poſt decumam necnon decumæ pars ſeptima iuncta eſt
Bis undena nocens & bis duodena nocentes.
Q ueq; decem treſq; ingeminat fraudata duobus
Triginta numeris & tu tricesima ſumma es
Peſtifera in geminis pars prima & tertia ſignis
Septima non melior ter quina & noxia per ſe
Vnaq; bis denis breuior nocet unaq; maior
Et ſimilis nox eueniet uiceſima quinta
Q umq; due ſubeunt uel cum ſe quattuor addunt.
Nec cancri prima in munis nec tertia pars eſt

Nec ſexta octauæ ſimilis decumæq; per acta.
Prima rapit nec ter quintæ clementior uſus
Septima poſt decimam luctum & uiceſima portat
Et quinta accedens: & ſeptima nonaq; ſumma.
Tu quoq; contactu primo nemeæ timendus
Et prima ſub parte premis & quinta ſalubris
Terq; caret cælo uiceſima & altera lædit
Et tribus appoſitis uitium eſt totidemq; ſic utus.
Vltima nec prima melior triceſima pars eſt
Erigones nec pars prima eſt nec ſexta ne una
Ad decumam nec quarta: nec octaua utilis unq̃
Proxima uiginti numeris & quarta timendæ
Et quæ ter decimam claudit ſors ultima partem
Septima & undecima eſt decimæq; & tertia iuncta eſt
Et quinta in chelis & ſeptima inutilis æſtu
Q uartaq; bis denis actis & ſeptima & ambæ
Q ue numerum claudunt: necnon triceſima partes
Scorpius in prima lydens cui tertia pars eſt
Et ſexta & decima & quæ ter quinta notatur
Vndecimam geminans & quæ uiceſima quinta eſt
Octauoq; manet numero uotumq; capeſſit
Si te fata ſinant quartam ne dilige partem.
Centaurum fuge & octauam bis ſexq; peractis
Octo bis aut denis metuendus dicitur aer
Cumq; iterum duodena refert aut terna decemq;
Aut ſeptima quater uel cum ter dena figurat.
Nec pars optanda eſt capricorni ſeptima: none
Conſentit decimamq; ſequens quam tertiam ſignat.

Et tribus aut unam que te uiceſima fraudat
Q uæue auget quinto numero uel ſeptima fertur.
Damnanda eſt decimæ ſuccedens prima per actæ
Tertiaq; & quinta eſt numero que condita non eſt.
Et poſt uiginti prima & uigeſima quinta
Cumq; illa quartam accumulat uiceſima nona.
Tertia per geminos & quinta & ſeptima piſces
Vndecima & decimæ metuenda eſt ſeptima iuncta
Et quinta in quinos numeros reuocata duaſq;
Ecipiens ultra ſummas metuenda feretur
Hæ partes ſterilem ducunt & frigore & igni
Aera:uel ſiccum ꝗ ſuperauerit humor.
Si rapidus mauors ignis iaculatur in illum
Saturnus ſummet glaciem phœbuſq; calores.

### Orientia ſigna quod efficiant

Nec te perceptis ſignorum cura relinquat
Partibus:in tempus:quedam mutantur & ortu
Accipiunt proprias uires utroque remittunt.
Namq; ubi ſe ſummis aries extollit ab undis
Et ceruice prior flexis & cornibus ibit
Non contenta ſuo generabit pectora cenſu
Et dabit in predas animos ſoluetq; pudorem.
Tantum audire iuuat.ſic ipſe in cornuo fertur
Et ruit & mutat non ullis ſedibus idem
Mollia per placidas delectant ocia curas
Sed iuuat ignotum ſemper tranſire per orbem
Scrutariq; nouum pelagus:totius & eſſe
Orbis in hoſpitio:teſtis tibi laniger ipſe.

Cum uitreum ſundens aurato ueſſere pontum
Orbatumq; ſua phryxum per fata ſorore
Phaſidos ad rippas & colchida terga reuexit
At quos prima creant naſcentis ſydera tauri
Fœminei iaceant. nec longe cauſa petenda eſt.
Si modo per cauſas naturam quætere fas eſt
Auerſus uenit in cælum: diueſq; puellis
Pleiadum paruo referens glomerabile ſydus
Accedent: & rurſus opes propriaq; iuuencum
Do te per inuerſos exornat uomere campos
Sed geminos æqua profert cum uincula. legis
Parte dabit ſtudia & doctas producet ad artis
Nec triſte ingenium ſed dulci tincta lepore
Corda creat & uoce bonos cytharas ſonanti
Inſtruit & dotes alto cum pectore iungit
At niger obſcura cancer cum nube feretur.
Q ue uelut extinctus phœbeis ignibus ignes
Defficit & multa fuſcat caligine ſydus
Lunam defficient artus geminamq; creatis
Mortem fata dabunt ſed quiſque & uiuit & effert.
Si quis per ſummas auidus produxerit undas
Ora leo & ſcandat malis hiſcentibus orbem
Illi patri natiſq; reus quas ceperit ipſe
Non legabit opes cenſuq; immergit in ipſo
Tanta fames: animumq; ſibi tam dira cupido
Corripit: ut capiat: ſemet nec compleat unquã
Inq; epulas funus reuocet preciumq; ſepulchri
Erigone ſurgens que rexit ſæcula priſta

Iuſtitia. rurſuſq; eadem labentia fugit
Alta per imperium tribuit faſtigia ſumum
Rectoremq; dabit legum iuriſq; ſacrati
Sancta pudicitiam diuorum templa colentem.
Sed cum autumnales cœperunt ſurgere chele
Fœlix æquato genitus ſub pondere libræ
Iudex extremæ ſi ſtet uitæq; neciſq;
Imponetq; iugum terris legeſq; rogabit.
Illum urbes & regna trement nutuq; regentur
Vnius: & cæli poſt terras iura manebunt
Scorpius extremæ cum tollit lumina caudæ
Si quis erit ſtellis ſuffragantibus ortus
Vrbibus augebit terras cunctiſq; iuuencis
Mœnia ſubcinctus curuo deſcribet aratro
Aut ſternet poſitas urbis: inq; arua reducit
Oppida. & in domibus naturas reddet aruſtas
Tanta erit & uirtus: & cum uirtute poteſtas.
Necnon arcitenens prima cum ueſte reſurgit.
Pectora clara dabit bello magniſq; triumphis
Conſpicuum patrias uictorem ducet ad arces
Altaq; nunc ſtatuet: nunc condita mœnia uertet
Sed nimium indulgens rebus fortuna ſecundis
Inuidet in facie ſeuitq; aſperrima fronti
Horrendus bello trebiam canuaſq; lacumq;
Ante fugam talis penſabat in ga mine uictor
Vltimus in caudæ capricornus acumine ſummo
Militiam in ponto dictat puppiſq; colendus
Dura miniſteria & uitæ diſcrimen inertis.

Q uod ſi quem ſanctum eſſe uelis caſtumq; probūq;
Hic tibi naſcetur cum primus aquarius exit
Ne ue ſit ut primos animus procedere piſces
Garrulitas odioſa datur linguæq; uenenum.
Verba maligna nouas mutantis ſemper ad auris
Crimina per populum populi feret ore bilingui
Nulla fides inerit natis:ſed ſumma libido
Ardentem medios animum libet ire per ignis
Scilicet in piſcem ſeſe cytherea notauit
Cum babilonias ſummerſa profugit in undas
Angui pedem allatos unguis tiphona ferentem
Inſeruitq; ſuos ſquamoſis piſcibus ignes
Nec ſolus fuerat geminis ſub piſcibus ortus
Frater erat dulciſue ſoror mater ue duorum.

De partibus terræ diſtributis ad ſigna

Nunc age diuerſis dominantia ſydera terris
Percipe:ſed ſumma eſt rerum referenda figura.
Q uattuor in partis cæli deſcribitur orbis
Naſcentemq; ipſumq; diem medioſq; calores
Teq; helice totidem uenti de partibus iiſdem
Erumpunt.ſecumq; gerunt per inania bella
Aſpere ab axe ruit boreas fugit eurus ab ortu
Hauſter amat medium ſolem zephyruſq; profectum
Hos inter binæ mediis e partibus auræ
Expirant ſimiles mutato nomine flatus.
Ipſa notat tellus pelagi luſtrata corona
Cingentis medium liquidis amplexibus orbem
Inq; ſinus pontum recipit:qui ueſpere ab atro

Ad miſſus dextra numidas libyamq; calentam
Abluit & magne quondam carthaginis arces.
Littoraq; in ſyrtis reuocans ſinuata uadoſas
Rurſuſq; ad nilum directis fluctibus exit
Leua freti cedunt hiſpanas æquore gentes
Teq; in uicinis hærentem gallia terris
Italiæq; urbes dextram ſinuantis in undam.
Vſq; canes ad ſcilla tuos: auidamq; caribdim
Ac ubi ſe primum porta mare fudit ab illa
Enatat ionio laxaſq; uagatur in undas
Et prius in leuas effundens circuit omnem
Italiam atq; adriam comitatus nomine pontum
Eridaniq; bibit fluctus ſeccat æquora uellum
Illyricum Epirumq; lauat: claramq; corinthum
Epeloponeſi patulas circum uolat oras
Rurſus & in leuum refluit uaſtoq; receſſu
Teſſaliæ finis & achaia præterit arua
Hic pontus iuueniſq; fretum: merſeq; puellæ
Traditur inuitum fauceſq; propontidos apta.
Euxino iungi ponto meotis & undis
Que tergo coniuncta manet: pontumq; miniſtrat
Inde ubi in anguſtas iterum ſe nauita partis
Helleſpontiacis reuocatus fluctibus effert
Icarium ægeumq; ſecat leuaq; nitentis
Miratur populos aſiæ totidemq; trophæa
Quot loca & innumeras gentes arcumq; minantem
Fluctibus & cilicum populos: ſyriamq; peruſtam
Ingentiq; ſinu fulgentes æquore terras

Donec in ægyptum redeunt curuata per undas
Littora niliacis uerum morientia ripis
Hæc medium terris circundat linea pontum
Atq; his undarum tractum conſtringit harenis.
Mille iacent medie diffuſa per æquora terræ
Sardiniam in libyco ſignat ueſtigia plantæ
Tranactia Icalia tantum preciſa receſſit
Aduerſa euboicos miratur grætia montis
Et gentrix crete ciuem ſortita tonantem
Pulſatur cypros ægyptia fluctibus omnis
Totq; minora ſolo tamen emergenitia ponto
Littora & æquales cyclades delonq; rodonq;
Aulidaq; & tenedon uicinaq; corſica terris
Littora ſardinicæ primamq; intrantis in orbem
Oceani uictricem ebuſum & baliarica regna
Innumeri ſcopuli monteſq; per altum
Nec tantum ex una pontus ſibi parte recluſus
Faucibus ab reptis orbem nam littora plura
Impulit oceano potuis ſed montibus altis
Eſt uetitus totam ne uinceret æquore terram
Nanq; inter boream portum æſtate nitentem
In longo anguſto penetrabilis æquore fluctus
Peruenit & patulis. tum demum funditur aruis
Caſpiaq; euxini ſimilis facit æquora ponti
Altera ſub medium ſolem duo bella per undas
Intulit oceanus terris nam perſica fluctus
Arua tenet titulum pelagi predatus ab iiſdem
Quæ regit ipſe locis latoq; infunditur orbi

Nec procul in mollis arabas terramq; ferentem
Delicias uariæq; nouos radicis odores
Leniter ad fundit geminantia littora pontus
Et ferre mare nomen habet media illa duobus
Q uondam carthago regnum ſortita ſub armis
Ignibus albanas cum condidit hanibal arces
Fecit & æternis trebiam cannas ſepulchris
Obruit & libyam Italicas infudit in urbis
Hic uarias peſtis diuerſaq; monſtra ferarum
Conceſſit bellis natura in feſta figuris
Horrendos anguis habitataq; membra ueneno
Et mortis partus uiuentia crimina terræ
Et uaſtos elephantes habet ſeuoſq; leones
In pænas fecunda ſuas parit horrida bella
Et portentuſos cyclopum ludit in ortus.
Ac ſterili peior ſiccas infeſtat harenas
Donec ad ægypti ponet ſua iura colonos
Inde aſiæ populi diueſq; per omnia tellus
Auratiq; fluunt amnes gemmiſq; relucet
Pontus. odoratæ ſpirant medicamina ſyluæ
India notitia maior parthiq; uel orbis
Alter & in cælum ſurgentis mœnia tauri
Totq; illum circa diuiſæ nomine gentes.
Ac tantum ſcythicas dirumentes fluctibus urbes
Meotiſq; lacus euxiniq; aſpera ponti
Aquora & extremum propontidos helleſpontum.
Hic aſiæ metam poſuit natura potentis
Q uod ſuper eſt europa tenet quæ prima natantem

Fluctibus excepitq; iouem taurumq; reſoluit
pondere paſſa ſuo ſigniq; oneriq; iuuabit
Ille puellari donauit nomine fluctus
Et monimenta ſub hoc titulo ſacrauit amoris
Maxima terra uiris & fecundiſſima doctis
Vrbibus: in regnum florentes oris athenæ
Spartha manu thebas diuiſit rege uel uno
Princeps illa domus troiani græcia belli
Teſſalia eripuſq; potens uicinaq; ripis
Illiris: & ythace martem ſortita colonum
Eſt ſtupefacta ſuo inter germania partus
Gallia pritenſis hiſgania maxima bellis
Italiam in ſummam quam rerum maxima rhoma
Impoſuit terris cæloq; adiungitur ipſa.
Hic erit in fines orbis pontuſq; uocandus
Quem deus in partis & ſingula diuidit aſtra.
Ac ſua cuique dedit tutelæ regna per orbem
Et proprias gentis atq; urbis addiddit altas
In quibus efferrent præſtantis ſydera uires.
Ac uelut humana eſt ſignis deſcripta figura
Et quanquã communis eat tutela per omne
Corpus & in proprium diuiſis arcubus extet
Nanq; aries capiti taurus ceruicibus hæret
Brachia ſub geminis cenſentur: pectora cancro.
Te ſcapulæ nemeæ uocant teq; ilia uirgo.
Libra colit clunis: & ſcorpius inguine regnat
Et femur arcitenens genua. & capricornus amauit
Cruraq; defendit iuuenis: ueſtigia piſces.

Sic alias aliud terras ſibi uendicat aſtrum.
Id circo in uarias leges uariaſq; figuras
Diſpoſitum genus eſt hominum proprioq; colore
Formantur gentes ſociataq; iura per artus
Materiamq; parem priuato fœdere ſignant.
Flaua per ingentis ſurgit germania partus
Gallia uicino numis eſt infecta rubore
Aſperior ſolidos hiſpania contrahit artus
Martia rhomanos orbis pater induit ora
Gradiuumq; ſuum miſcens bene temperat artus.
Perq; coloratas ſubtilis græcia gentes.
Gimnaſium præfert uultu fortiſq; paleſtras.
Et ſyriam produnt torti per tempora crines
Ethiopes maculant orbem tetriſq; figuris.
Perſuſos homines gentes minus India toſtas
Progenerat: mediumq; facit moderata tenorem.
Iam proprior telluſq; natantes ægyptia nilo
Lenius irriguis infuſcat corpora campis.
Poenus harenoſis aphrorum puluere terris
Exiccat populos: & mauritania nomen
Oris habet: titulumq; ſuo fert ipſa colore
Adde ſonos totidem uocum: totidem inſere linguas
Et mores pro ſorte pares rituſq; locorum
Adde genus proprium ſimili ſub ſemine frugum
Et cererem uaria redeuntem meſſe per urbes.
Nec paribus ſiliquas referentem iuribus omnis.
Nec te bache pari donantem munere terras
Atq; alias aliis fundentem collibus unas

Cynnama nec totis paſſim naſcentia campis
Diuerſas pecudum facies propriaſq; ferarum
Et duplici clauſos elephantes carcere terræ
Q uod partes orbis totidem ſub partibus orbes
Et certis deſcripta nitent rationibus aſtra
Perfunduntq; ſuo ſubiectas æquore gentis
Laniger in medio ſortitur ſydera mundo
Cancrum inter gelidum per tempora uertitur axis
Afferit in uires poſitumq; euicerat ipſe
Virgine delapſa cum fratrem ad littora uexit
Et minimi defluit onus dorſumq; leuari
Illum etiam uenerata colit uicina propontis
Et ſyriæ gentis & laxo perſis amictu
Veſtibus ipſa ſuis hæreus niluſq; tumeſcens
In cancrum & tellus ægypti iuſſa natare
Taurus habet ſcythiæ montis aſiamq; potentem
Et mollis arabes ſyluarum ditia regna
Euxinos ſcyticos pontus inſinuatus in arcus
Sub geminis te phœbe colit poſt brachia fratris
Vltimus: & ſolitum gange colit India cancrum
Ardent æthiopes cancro cui plurimus ignis.
Hoc color ipſe docet. phrygia nemeæe potiris
Idææ matris famulus regniq; feroci
Capadocum armeniæq; iugis bithinia diues
Te colit: & macedum telluſq; uicerat orbem.
Virgine ſub caſta fœlix terraq; mariq;
Eſt rhodos hoſpicium recturi principis orbem
Tuq; domus uere ſolis cui tota ſacrata es

Cum caperent lumen magni ſub cæſare mundi
Ioniæ quæ ſunt urbes & dorica rura
Arcades antiqui celebrataqꝫ caria fama
Quod potius regat Italiam ſi ſe ſigis aſtrum
Quam ꝙ cuncta regit ꝙ rerum pondere nouit
Deſignat ſummas & iniquum ſeparat æquo
Tempore quo pendent cedunt quo noxqꝫ dieſqꝫ
Heſperiam ſub libra tenet qua condita rhoma
Orbis & imperium retinet diſcrimina retum
Lancibus & poſitas gentes tollitqꝫ premitqꝫ
Qua genitus cum fratre remus hanc condidit urbem
Et propriis frenat pendentem nutibus orbem
Inferius uictæ ſydus carthaginis arces
Et libyam ægyptaqꝫ latus donataqꝫ regna
Tyrennas lacrymis radiatus ſcorpius arces
Eruit Italiæqꝫ tamen reſpectat ad undas
Sardaniamqꝫ tenet fuſaſqꝫ per æquora terras
Gnoſia centauro tellus circundata ponto
Paret & ingenium minois filius aſtrum
Ipſe uenit geminus celeris hinc creta ſagittas
Afferit:intentoſqꝫ imitatur ſyderis arcus.
Inſula trinacriæ fluitatem adiuta ſororem
Subſequitur cretem ſub eodem condita ſigno.
Proximaqꝫ Italiæ & tenui diuiſa profundo
Ora patris ſequitur leges nec ſydere rapta eſt.
Tu capricorne regis quicquid ſub ſole cadente
Expoſitum gelidam helicen quod tangit ab illa
Hiſpanas gentis ſeu quod fert gallia diues

Teq; feris dignam tantum germania matrem
Aſſerit ambiguum ſydus terræq; mariſq;
Aeſtibus aſſiduis terram pontumq; tenentem.
Sed iuuenis nudo formatus mollior arcu
Aegyptum alepidam tyriaſq; recedit ad urbes
Et cilicum gentis uicina & aquarius arua
Piſcibus Eufrates datus eſt ubi piſcis arator
Cum fugeret typhona uenus ſub ſedit in undis.
Magna iacet tellus magnis circundata rippis
Parthi. ſed parthis domitæ per ſecula gentes.
Bactraq; & herios babylon & ſuſa panoſq;
Nominaq; in numeris uix ampectenda figuris
Et tigris & rubri radiantia littora ponti
Sic diuiſa manet tellus per ſæcula cuncta.
Et quibus in proprias partis ſunt iura trahenda
Nanq; eadem que ſunt ſignis commertia ſeruant
Vtq; illa inter ſe coeunt: odioq; repugnant
Nunc aduerſa polo nunc & coniuncta trigono
Q ueque alia in uarios effectus cauſaq; gubernat
Sic terræ terris reſpondent orbibus orbes.
Littora littoribus regnis contraria regna
Sic erit: & ſedes fugienda petenda cuique
Sic ſperanda fides ſic & metuenda pericla
Vt genus in terram cælo deſcendit ab alto.

De eclipticis ſignis

Percipe nunc etiam qua ſint ecliptica graio
Nomine que certos quaſi delaſſata per annos
Nonnunquã ceſſanr ſterili torpentia motu

Scilicet immenſo nihil eſt æquale ſub euō
Perpetuoſq; tenet flores unumq; colorem
Mutantur: ſed cuncta dui uariantur in orbe
Et fecunda ſuis ſubſiſtunt frugibus arua
Continuos que negant partus effeta creando.
Rurſuſq; fuerant ſteriles ad ſemina terræ
Poſt noua ſufficiunt nullo mandante tributa.
Concutitur tellus uariis compagibus hærens
Subducitq; ſolum pedibus natat orbis in ipſo
Et uenit oceanus pontum ſitienſq; reſoluit
Nec ſeſe capit ſic quondam merſerat urbes
Humani generis cum ſolus conſiſtit hæres
Deucalion ſcopuloq; orbem poſſidet in uno:
Necnon cum patrias phæton temptauit habenas
Arſerunt gentes timuitq; incendia cælum
Fegeruntq; nouas ardentia ſydera flammas
Atq; uno timuit condi natura ſepulchro
In tantum longo mutantur tempore cuncta
Atq; iterum in ſemet redeunt ſic tempore certo
Signa quoq; amittunt iures ſummunt receptas.
Cauſa patet: ꝙ luna ſuis defficit in aſtris
Orba ſui fratris noctiſq; immerſa tenebris
Cum medios phœbi radios intercipit orbis
Nec trahit ad cetum quo fulget delia luna
Nec quoq; ſigna ſuo pariter cum ſydere languent
Incuruata ſimul ſolitoq; excepta uigore
Et uelut elatum phœben in funere lugent
Ipſa docet titulus cauſæq; ecliptica ſigna

Dixere antiqui pariter.ſed bina laborant
Nec uicina loco ſed que contraria fulgent
Sicut luna ſuo tunc tantum deficit orbe
Cnm phœbum aduerſis currentem non uidet aſtris
Nec tamen æquali langueſcunt tempore cuncta
Nanqꝫ modo infectus totus producitur annus
Nunc breuius laſſata manent:nec longius aſtra
Exceduntqꝫ ſuo phœbeia tempora caſu.
Atqꝫ ubi perfectum eſt ſpacium quod cuique dicatur
Impleruntqꝫ ſuos certa ſtarione labores.
Bina per aduerſum cælum fulgentia ſigna
Tum uicina labant ipſis hærentia ſignis
Que prius in terras ueniunt terraſqꝫ relinquunt
Sydereo non ut pugnet contrarius orbi
Sed quia mundus agit curſus inclinat & ipſa
Amiſſas que negat uires nec munera tanta
Nec ſimiles reddit noxas locus omnia uertit.

Fatorum rationem perſpici poſſe

Sed quid tam tenui prodeſt ratione intentem
Scrutari mundum ſi menſi ſua cuique repugnat?
Spemqꝫ timor tollit prohibetqꝫ e limine cæli
Condit enim uerum uaſto natura receſſu
Mortaliſqꝫ fugit uiſus & pectora noſtra
Nec prodeſſe poteſt quod fatis cuncta reguntur
Cum fatum nulla poſſit ratione uideri
Quid iuuat in ſemet ſua per conuicia ferri
Et fraudare bonis que nec deus inuidet ipſe.
Quoſqꝫ dedit natura oculos deponere mentis?

Perſpicimus cælum cur non ec munet cæli?
Inq; ipſos penitus mundi deſcendere ſenſus
Seminibuſq; ſuis tantam componere molem
Et partum cæli ſua per nutritia ferre
Extremumq; ſequi portum terræq; ſubire
Pendentis tractus & toto uiuere in orbe?
Q uanta eſt pars ſuper eſt rationem diſcere noctis?
Iam nuſquã natura. latet peruidimus omnem
Et capto potimur mundo noſtrumq; parentem
Pars ſua conſpicimus genitiq; accedimus aſtris.
An dubium eſt habitare deum ſub pectore norſto?
In cælumq; redire animas cæloq; uenire?
Vt que ſit ex omni conſtructus corpore mundus
Aetheris atq; ignis ſummi terræq; mariſq;
Spiritum & in toto rapidum qui iuſſa gubernat
Sic eſſe in nobis terræue corpora ſortis
Sanguineaſq; animas animi qui cuncta gubernat
Diſpenſatq; hominem: quid mirum noſcere mundum
Si poſſunt homines? quibus eſt & mundus in ipſis?
Exemplumq; dei quiſque eſt in imagine parua
An cuique genitos niſi cælo credere fas eſt
Eſſe homines? proiecta iacent animalia cuncta
In terra uel merſa uadis uel in aere pendent
Omnibus una quies uentet ſenſuſq; per artus
Et quia conſilium non eſt: & lingua remiſſa?
Vnus & inſpectus rerum uireſq; loquendi
Ingeniumq; capax uarias educit in artis
Hic partus qua cuncta regit ſeceſſit in orbem

Et domuit terram ad fruges animalia cœpit.
Impoſuitq; uiam ponto ſterit unus in arce
Erectus capitis uictorq; ad ſydera mittit
Sydereos oculos propriuſq; aſpectat olympum
Inquiritq; Iouem nec ſola fronte deorum
Contentus manet & cælum ſcrutatur in aluo
Cognatumq; ſequens corpus ſic quærit in aſtris.
Huic in tanta fidem petimus quam ſæpe uolucres
Accipiunt: trepidæq; ſuo ſub pectore fibræ
An minus eſt ſacris rationem ducere ſignis
Quam pecudum mortes auiumq; attendere cantus?
Atq; ideo faciem cæli non inuidet orbi
Ipſe deus: uultuſq; ſuos corpuſq; recludit
Semper uoluendo: ſeq; ipſum inculcat & offert
Vt bene cognoſci poſſit doceatq; uidendo
Qualis erat: doceatq; ſuas attendere leges.
Ipſa uocat noſtros animos ad ſydera mundi
Nec patitur: quia non condit ſua iura latere
Quis putat eſſe nefas naſci quod cernere fas eſt?
Nec contemne tuas quaſi paruo in corpore uires
Quod ualet immenſum eſt. ſic auri pondera parui
Exuperant precio numoſos aeris aceruos
Sic adamas punctum lapidis precioſior auro eſt.
Paruula ſic totum peruiſit pupula cælum
Quoq; uident oculi minimum eſt cũ maxima cernant.
Sic animi ſedes tenui ſub corde locata
Per totum anguſto regnat de limite corpus.
Materiæue quære modum. ſed perſpice uires

Q uas ratio non pondus habet ratio omnia uincit
Nec dubites homini diuinos credere uiſus
Iam facit ipſe deos mittitq; ad ſydera numen
Maius & auguſto creſcet ſub principe cælum.

Capitula quarti libri

Prohemium. De moribus ſignorum & coloribus. Ori entia ſigna quod efficiant. De partibꝰ terræ diſtributis ad ſigna. De eclipticis ſignis. Fatorū rationē perſpici poſſe

Marci Manilii aſtronomicon liber quartus finit

Incipit eiuſdem liber quintus & ultimus

Hic alius finiſſet opus ſigniſq; relatis
Q uis aduerſa meant ſtellarū numina quinque
Q uadriiugis & phœbus æquis & delia bigis
Non ultra ſtruxiſſet opus cæloq; rediret
Ac per deſcenſum medios per decurreret ignis
Saturni Iouis & martis ſoliſq; ſub illis
Poſt uenerem & maia natum te luna uagantem
Me properare uiam mundus iubet omnia circum
Sydera uectantur toto decurrere cælo
Cum ſemel æthereos iuſſus aſcendere currus
Summum contigerim ſua per faſtigia culmen
Hinc uocat orion magni pars maxima cæli
Et ratis heroum quæ nunc quoq; nauigat aſtris
Fluminaq; errantis late ſinuantia flexus
Et biferus cætus ſquamis atq; ore tremendo
Heſperidumq; uigil cuſtos & diuitis auri
Et cauis in totum portans incendia mundum
Araq; diuorum cui uota reſoluit olympus.

Illinc per geminas angius qui labitur arctos
Eniochuſq; memor currus plauſtriq; boetes
Atq; adrianeæ cæleſtia dona coronæ
Victor & in uiſæ perſeus cum falce meduſæ
Andromedamq; necat genitor cum coniuge cepheus
Quaq; uales ſtellatus aquis celeriq; ſagittæ
Delphinis certans & Iuppiter alite tectus.
Cæteraq; in toto paſſim labentia cælo
Que mihi per proprias uires ſunt cunta canenda
Quid ualeant ortu quid cum merguntur in undas
Et quod de bis ſex aſtris per quodq; reducat
Ac ſtellis proprias uires & tempora rerum
Conſtituit magni quondam fabricator olympi.
Vir gregis & ponti uictor cui parte relicta
Nomen onuſq; dedit: nec pelle immunis ab ipſa
Colchidis & magicas artis qui uertere cholchos
Medeam iuſſit mouitq; uenena per orbem.
Nunc quoq; uicinam puppim ceu nauiget argo
Ac deſtri lateris ducat regione per aſtra
Sed cum prima ſuos puppis conſurgit in ignis
Quattuor in partis cum corniger extulit horas
Illo quiſquis erit terris oriente creatus
Rector erit puppis clauoq; immobilis hærens
Mutabit pelago terras uentiſq; ſequetur
Fortunam: totumq; ualet tranare profundum
Claſſibus atq; alios menſes aliumq; uidere
Phaſin & in cantes tiphim ſuperare trementem
Tolle iſtos partus hominum ſub ſydere tali

Suſtuleris bellum troiæ claſſemq; ſolutam
Sanguine & appulſam terris: non inuehet undis
Sydera nec pelagus xerſe facietq; tegetq;
Vera ſyracuſis ſalamis non merget athenas
Punica nec toto fluitabant æquore roſtra
Acciacoſq; ſinus inter ſuſpenſus uterque
Orbis & in ponto cæli fortuna natabit
His ducibus cæco ducuntur in æquore claſſes
Et coit ipſa ſibi tellus totuſq; per uſus
Diuerſos rerum uentis arceſſitur orbis
Sed ſumma lateris ſurgens de parte ſiniſtri
Maximus orion: magnumq; complexus olympum
Quo fulgente ſuper terras cælumq; trahente
Et mentita diem nigras nox contrahit allas
Solertis animos uelocia corpora finget
Atq; agilem officio mentem curaſq; per omnis
Inde laſſato properantia corda uigore
Inſtar erit populi totoq; habitabit in orbe
Limina peruolirans unumq; per omnia uerbum
Mane ſalutandi portans communis amicus
Sed cum ſe terris aries ter quinque peractis
Partibns extollit primum iuga tollit ab undis
Eniochus cliuoq; rotas conuellit ab imo
Qua gelidus boreas aquilonibus inſtat acutis
Ille dabit proprium ſtudium cæloq; retentans
Quas prius in terris agitator amauerat artis
Stare leui curru moderantem quattuor ora
Spumigeris frenata lupis & flectere equorum

Præualidas uires ac torto ſtringere giro
At cum laxato fugerunt cardine clauſtra
Exagitare feros pronumq; ante ire uolantis
Vixq; rotis leuibus ſummum contingere campum
Vincentem pedibus uentos uel prima tenentem
Agmina in obliquum curſus agitare malignos
Obſtantemq; mora totum præcludere circum
Vel medium turbæ nunc deſtros ire per orbes
Fidendentem campo nunc meta currere acuta
Spemq; ſub extremo dubiam ſuſpendere caſu
Necnon alterno deſultor ſydere dorſo
Q uadrupedum & ſtabilis poterit defigere plantas
Per quos uadit equos ludet per terga uolantum
Aut ſolo uectatus equo nunc arma mouebit
Nunc licet in longo percuſſus premia circo
Q uicquid de tali ſtudio formatur habebit.
Hinc nuhi ſalmoneus qui cælum imitatur in orbe
Montibus impoſitis miſſiſq; per aera quadrigis
Expreſſiſſe ſonum mundi ubi uiſus & ipſum
Amouiſſe Iouem terris de flumine fugit
Senſit & immenſos ignis ſuper ipſe ſequutus
Morte Iouem didicit generatus poſſit haberi
Hoc genitum credas de ſydere belloro phontem
Impoſuiſſe uiam mundo per ſigna uolantem
Cui cælum campus fuerat terræq; fretumq;
Sub pedibus non ulla tulit ueſtigia campus.
Hic erit eniochi ſurgens tibi forma canenda
Cumq; decem partes aries duplicauerit ortus

Incipient edi tremulum producere mentum
Hirtaq; tum demum terris promittere terga
Q ua dexter boreas ſpirat nec crede ſeuere
Frontis opus ſigno ſtructoſue crede catones
Aut brutum atq; parem torquinum & horatia facta
Maius onus ſigni eſt edis nec tanta petulcis
Conueniunt leuibus gaudent laſciuaq; ſignant
Pectora & in luxus agiles agilemq; uigorem
Deſudant uario ducunt in amore iuuentam
In uulnus nunquã uirtus ſed ſæpe libido
Impellit rupiſq; emi titur uel morte uoluptas
Et minimum cecidiſſe malum eſt ſed crimine uictum.
Nec non & cultus pecorum naſcentibus addunt
Paſtoremq; ſuum generant: cui fiſtula collo
Hæreat: & uoces alterna per oſcula ducat.
Sed cum bis denas augebit ſeptima partes
Lanigeri ſurgunt hyades quo tempore natis
Nulla quies placet: in nullo ſunt otia fructu
Sed populum turbamq; petunt rerumq; tumultus
Seditio clamorq; iuuat græcoſq; tenentes
Roſtra uolunt montiſq; ſacros raroſq; quirites
Pacis bella probant curæq; alimenta miniſtrant
Immundoſq; græges agitant per ſordida rura
Et fidunt nereidum genuere boetem
Hos generant hyadum mores ſurgentibus aſtris.
Vltima lanigeri qum pars excluditur orbi
Q uæ totum oſtendit terris atq; eruit undis
O leuiæ ſeruans pregreſſos tollitur hedos

Et gelido ſtellata polo que dextra paris eſt
Officio magni mater Iouis illa tonanti
Fundamenta dedit pectuſq; impleuit hyantis
Lacte ſuo:dedit & dignas ad fulmina uires.
Hinc timidæ mentes tremebundaq; corda creantur
Suſpenſa in trepidis leuibuſq; obnoxia cauſis.
His etiam ingenium uiſendi ignota cupido
Vt noua per noctiſq; ruunt arbuſta capellæ
Semper & ulterius paſcentes tendere gaudent.
Taurus inaduerſos præceps attollitur ortus
Sexta parte ſui certantis luce ſorores
Pleiades ducit:quibus aſpirantibus almam
In lucem educunt bacchi ueneriſq; ſequaces
Per que dapes menſaſq; ſuper petulantia corda
Et ſale mordaci dulcis quærentia riſus.
Illis cura ſui uultus frontiſq; decoræ
Semper erit tortoſq; inflexum ponere crines.
Aut undis reuocare: & rurſus uertice denſo
Fingere & appoſitis caput e mutare capillis
Punicibuſq; cauis horrentia membra polire
Atq; odiſſe uirum ſterileſq; optare lacertos
Fœmineæ ueſtes:nec inſunt tegmina plantis
Sed ſpeties factiq; placent ad mollia greſſus
Naturæ pudet:atq; habitat ſub pectore cæco
Ambitio & morbum uirtutis nomine uitant.
Semper amare parum eſt:cupient & amare uideri.
Iam uero geminis fraterna ferentibus aſtra
In cælum:ſummoq; natantibus æquore ponti

Septi ma pars leporemq; tulit quo ſydere natis
Vix allas natura negat uolucriſq; meatus
Tantus erit per membra uigor referentia uentos
Ille prius uictor ſtadio q̄ miſſus abibit
Ille cito monitus rigidos elludere cæſtus
Nunc exire leuis miſſos nunc mittere palmis
Il le pilam celeri fugientem reddere planta
Et pedibus penſare manus & ludere ſaltu
Mobilibuſq; citos ictus glomerare lacertis
Ille potens turbam perfundere certa pilarum
Per totumq; uagus corpus diſponere palmas
Vt teneat tantos orbis: ſibiq; ipſe recludat
Et uelut edoctos iubeat uolitare per ipſum
Inuigilat ſomnis curas induſtria uincit
Otia per uarios exercet dulcia luſus.
Nunc cancro uicina cauam: cui parte ſiniſtra
Conſurgunt iugilæ quibus aſpirantibus orti.
Te meleagre colunt: flammis habitantibus uſtum
Reddentemq; tuæ per mortem munera matri
Cuius & ante necem paulatim uita ſepulta eſt.
Atq; athlanteos conatum ferre labores
Et calidoneam bellantem rupe puellam
Vincentemq; uiros: & quā potuiſſe uideri
Virgine maius erat ſternentem uulnere primo
Quamq; erat actheon ſyluis imitandus & ante
Et canibus noua preda fuit ducuntur & ipſi
Retibus & claudunt campos formidine mortis
Mendaceſq; parant foueas laqueoſq; tenaces

Currentiſq; feras pedicarum compede nectunt
Aut canibus ferro ue necant predaſq; reportant
Sunt quibns in ponto ſtudium eſt cepiſſe ferarum
Diuerſas facies: & cæco merſa profundo
Sternere littoris monſtrorum corpora habenis
Horrendumq; fretis in bella laceſſere pontum
Et colare uagos inductis retibus amnis
Ac per nulla ſequi dubitat ueſtigia prædas
Luxuriæ quia terra parum faſtidiet orbem
Venter & ipſe gulam nereus ex æquore paſcit.
At procyon oriens cum iam uiceſima cancro eſt
Septimaq; ex undis pars ſeſe emergit in aſtra
Venatus non ille quidem uerum arma creatis
Venandi tribuit catulos nutrire ſagaces
Et genus a pro auis: mores numerare per artes.
Reciaq; & ualida uenabula cuſpide fixa
Lentaq; contextis formare haſtilia modis
Et quodcunque ſolet uenandi poſcere cura
In proprios fabricare dabit uenalia quæſtus.
Cum uero in uaſtos ſurgit nemeæus hiatus
Exoriturq; canis latratq; canicula flammis
Et rapit igne ſuo geminatq; incendia ſolis
Qua ſubdente facem terris radioſq; mouente
Dimicat in cineres orbis fatumq; ſupremum.
Sortitur languetq; ſuis neptumnus in undis
Ex uiridis nemori ſanguis decedit & herbis
Cuncta peregrinos orbis animalia quærunt
Atq; eget alterius mundus natura ſuiſmet

Egrotat morbis nimios obſeſſa per æſtus
Inq; rogo uiuit tantus per ſydera feruor
Frondita atq; uno ceu ſint in flumine cuncta
Hec ubi ſe ponto per proximas exculit horas
Naſcentem ſiquem pelagi conſtrinxerit unda
Effrenos animos uiolentaq; pectora fingit
Irarumq; dabit fluctus odiumq; metumq;.
Totius uulgi præcurrunt uerba loquentis
Ante os eſt animus nec magnis condita cauſis
Corda micant. & lingua rapit latratq; loquendo
Morſibus & crebris dentes in uoce relinquit
Ardeſcit uitio uitium uireſq; miniſtrat
Racchus & in flamma ſeuas ex ſuſcitat iras
Nec ſyluas rupeſq; timet uaſtoſq; leones
Aut ſpumantis apri dentes atq; arma ferarum
Effuditq; ſuas conceſſo in robore flammas
Nec talis mirere artis ſub ſydere tali
Cernis ut ipſum etiam ſydus uenetur in aſtris
Progreſſum quærit leporem comprendere curſu
Vltima pars magni cum tollitur ore leonis
Craterq; auratis ſurgit ſtellatus ab aſtris
Inde trahit quicunque genus moreſq; ſequentur
Irriguos ruris campos amniſq; lacuſq;
Et te bacche tuas nubentem iungit ad ulmos
Diſponetq; iugis mutatus fronde choreas
Robore uel proprio fundentem in brachia ducit
Teq; ſibi credit ſemper qui matre reſectus
Adiungit calamis ſegetemq; interſerit uuis

Quæq; alia in numeri cultus eſt forma per orbem
Pro regione colit nec parce uina recepta
Hauriet emiſtris & frugibus ipſe ſouetur
Gaudebitq; mero mergetq; in pocula mentem.
Nec ſolum terræ ſpem credit inania uota
Annonæ quoq; uectigal merceſq; ſequetur
Præcipue quas humor alit: nec deſerit undam
Tales effinget mores crateris amator.
Iam ſubit erigone quæ cum ter quinque feretur
Partibus ereptis ponto tollentur ab undis
Cara adrianeæ quondam monimenta coronæ
Et mollis tribuent artis hinc dona puellæ
Nanq; nitent illinc oriens eſt ipſa puella
Ille colit nitidis gemmantem floribus ortum
Pallentis uiolas & purpureos hiacintos
Liliaq; & tyirias imitata papauera luces
Vernantiſq; roſæ rubicundo ſanguine florem
Ceruleum foliis uiridemq; in gramine collem
Conſeret & ueris depinget prata figuris
Aut uarios nectet flores ſertiſq; locabit
Effingetq; ſinu ſimileſq; in mutua preſſos
Incoquet atq; arabum ſyluis mulcebit odores
Et medicos unguenta dabit referentia flatus
Vt ſit adulterio ſuccorum gratia maior
Munditiæ cultuſq; adſunt arteſq; decoræ
Et lenocinium uitæ preſenſq; uoluptas
Virginis hoc anni poſcunt floreſq; coronæ.
At cum per decimam conſurgens horrida partem

Spica feret preſens naſcentis campus ariſtas
Aruorum ingenerat ſtudium ruriſq; colendi
Seminaq; in fenus ſulcatis reddere terris
Vſuramq; ſequi maiorq; ſorte receptis
Frugibus in numeris atq; horrea quærere meſſi
Q uod ſolum docuit mortalis noſſe metallum
Nulla fames non ulla forent ieiunia terris
Diues erat cenſus ſaturatis gentibus orbis
Et ſi forte labor ruris tardauerat artis
Q uis ſine ulla ceres: non ullis ſeminis uſus
Subdere facturos ſulci frumenta ſuperq;
Ducere pendentis orbes & mergere farra
Ac torrere focis: hominumq; aliementa parare
A tq; unum genus in multas uariaſq; figuras
Et quia diſpoſitis aptatur ſpica per artem
Frugibus inſtructus ſimilis componitur ordo
Seminibuſq; ſuis celas atq; orrea prebet
Sculpentem faciet ſanctis laquearia templis
Condentemq; nouum cælum per tecta tonantis.
Hæc fuerat quondam diuis conceſſa figura.
Nunc iam luxuriæ pars & triclinia templis
Concertant: tectiq; auro iam ueſcimur aurum.
Sed parte octaua ſurgentem cerne ſagittam
Chelarum dabit & iaculum torquere lacertis
Et calamum neruis glebas & mittere uirgis
Pendentemq; ſuo uolucrem deprendere cælo
Cuſpide uel triplici ſecurum figere piſcem.
Q uod torum dederim teucro: ſyduſue genuſue

Te ue philotete cui malim credere parti:
Hæctoris ille faces arcus & tela fugauit.
Mittebatq; ſuos ignis in mille carinas
Hic autem pharetram troiæ bellumq; gerebat
Maior & armatis hoſtis ſuo ſederat exul
Q uin etiam ille pater tali de ſydere cretus
Eſſe poteſt: qui ſerpentem ſuper ora cubantem
Infœlix nati ſomnumq; animamq; bibentem
Suſtinuit miſſo petere ac proſternere telo
Arſerat eſſe patrem uicit natura periclum
Et pariter iuuenem ſomnoq; & morte leuauit.
Tunc iterum natum & fato per ſomnia raptum.
At cum ſecretis improuidus hædus in aſtris
Erranti ſimilis fratrum ueſtigia quærit
Poſtq; gregem longo producitur interuallo
Sorbentis animos agitataq; pectora fundit.
Et fingit uariis deficientia curis.
Nec tenta domo populi ſunt illa miniſtra
Perq; magiſtratus & publica iura feruntur
Non ullo curam digito quæ quiuerit haſtam
Defueratq; bonis ſector: pœnamq; lucretur
Noxius & patriam fraudarit debitor æris
Cognitor eſt uerbis necnon laſciuit amores
In uarios: ponetq; forum: mandetq; liæo.
Nobilis inſultus & ſceuæ mollior arte
Nunc ſurgente lyra teſtudinis enatat undis
Forma per hæredem tantum prelata tonantis.
Q ua quondam ſonitumq; ferens oeagrius orpheus

Et ſenſus ſcopulis & ſyluis addidit aures
Et diti lachrymas & morti deniq; finem
Hinc uenient uocis dotes belleq; ſonantis
Garrula que modulos diuerſa tibia forma
Et quodcunque mani loquitur flatuq; mouetur
Ille dabit cantus inter conuiuia dulcis.
Mulcebitq; ſono bachum nocteſq; tenebit.
Carmine furtino modulatus murmure uocem
Solus ipſe ſuas ſemper cantabit ad aures.
Hic diſtante lyra cum pars uiceſima ſexta
Chelarum ſurget quæ cornua ducit ad aſtra
Sed regione pari uix partes octo trahente
Ara ferens thuris ſtellis imitantibus ignem.
In qua deuoti' quondam cecidere gygantes
Nec prius armauit' uiolento fulmine dextram
Iuppiter: ante deos quē conſtitit ipſe ſacerdos
Quod potius fingent ortus q̃ templa colentes
Atq; auctoratos in tertia iura miniſtros
Diuorumq; ſacras uenerantes numina uoces
Pene deos & qui poſſunt uentura uidere.
Quattuor appoſitis centaurus partibus offert
Sydera & ex ipſo mores naſcentibus addit
Aut ſtimulos aget aut omnes mixtoſq; iugabit
Semine quadrupedes aut curru celſior ibit
Aut onerabit equos armis aut ducet in arma
Ille tenet medicas artis ad membra ferarum
Et non auditos mutarunt tollere motus
Hoc eſt artis opus non expectare gementis

Et ſibi non ægrum iamdudum credere corpus.
Hunc ſubit arcitenens cuius pars quinta nitentem
Arcturum oſtendit ponto quo tempore natis
Fortuna ipſa ſuos audet committere cenſus
Fegalis ut opes & ſacra æraria ſeruent
Regnantes ſub rege manent rerumq; miniſtri.
Arcitenens cum ſe totum produxerit undis
Ter decuma ſub porte ſeri formantibus aſtris
Plumeus in cælum nitidis olor euolat allis
Quo ſurgente trahens lucem matremq; relinquens
Ipſe quoq; aerios populos cæloq; dicatum
Alituumq; genus ſtudium cenſuſq; uocabit
Mille fluunt artes aut bellum indicere mundo
Et medios inter uolucrem penſare meatus.
At nitidos clamare ſuos ratione ſedentem
Paſcentemue ſuper ſurgentia ducere lina
Tutelamq; gerent populi domibuſue regendis.
Præpoſiti curas alieno limite claudent
Atq; hinc in luxum iam uenter longius ibit
Quam modo militiæ numidarum paſcimur oris
Phaſidos & dantis arceſſitur inde macellum.
Vnde aurata nouo connecta eſt æquore pellis
Quin etiam linguas hominum ſenſuſq; docebit
Aerias uolucres nouaq; in commertia ducet
Verbaq; precipiet naturæ lege negata
Ipſe deum cygnuſq; colit uocemq; ſub illo
Non totus uoluc er ſecumq; in murmurat intus
Nec te pretereant clauſas qui culmine ſummo

Paſcere aues gaudent ueneris & reddere cæcas
Aut certis reuocare notis totamq; per urbem
Qui geſtant caneis uolucres ad iuſſa paratas
Quarum omnes paruo conſiſtit paſcere cenſus
Hæſerit & ſimilis tribuens olor aureus artes
Arcitenens magno circundatus orbe draconis
Cum uenit in regione tuæ capricorne figuræ
Non minuta facit ſerpentum membra creatis
Accipiunt ſinibuſq; ſuis peploq; fluentis
Oſculaq; horrendis iungent impune uenenis.
At cum ſe patrio producit in æquore piſcis
In cælumq; ferens alienis finibus ibit
Quiſquis erit tali capiens ſub tempore uitam
Littoribus ripiſq; ſuos circumferet annos
Pendentem & cæco captabit in æquore piſcem
Cumq; ſuis domibus conchas ualloq; latentis
Protrahit in merſas nihil eſt audere relictum
Quæſtus naufragio petitur corpuſq; profundo
Immiſſum pariter qum præda exquiritur ipſa
Nam ſemper tanti merces eſt parua laboris
Cenſibus æquantur conche rapidumq; notari
Vix quiſquã eſt locuples oneratur terra profundo
Tali ſorte ſuas artis per littora tractat
Aut emit externos pretio mutatq; labores
Inſtitor æquoree uaria ſub imagine mercis.
Cumq; fidis magno ſuccedunt ſydera mundo
Quæſitor ſcelerum ueniet uindexq; reorum
Qui commiſſa ſuis rimabitur argumentis

In lucemq; trahet tacitaq; licentia fraude
Hinc etiam immitis tortor poenæq; miniſter
Et quiſquis uero fauit culpamue per odit
Proditur atq; qui iurgia pectore tollat.
¶ Curuleus ponto cum ſe dalphinus in aſtra
Erigit & ſquamam ſtellis imitantibus exit
Ambiguus terræ partus pelagoq; creatur
Nam uelut ipſe citis perlabitur æquora pennis
Nunc ſummum ſcīdens pelagus nunc alta profundi
Et ſenibus uires ſummet fluctumq; figurat
Sic uenit ex illo quiſquis uolitabit in undis
Nunc alterna ferens in lentos brachia tractus
Et plauſa reſonabit aqua nunc equore merſas
Deducet palmas furtino remigis uſu
Nunc in aquas rectus ueniet paſſimq; natabit
Et uada mentitus reddet ſuper equora campum
Aut immota ferens tergo menbra latuſq;
Non onerabit aquas ſummiſq; accumbet in undis
Pendebitq; ſuper totum ſine remige pontum
Illis in ponto iocundum eſt quærere pontum
Corpora qui mergunt undis ipſumq; ſub antris
Nerea & æquoreas conantur uiſere nymphas
Exportantq; maris predas & rapta profundo
Nanfragia atq; imas auidi ſcrutantur harenas
Pars ex diuerſo ſtudet & ſociatur utrunque
In genus atq; imo digeſtum ſemine ſurgit
Ad numeros etiam illa licet cognata per artem
Corpora que ualido ſaliunt excuſſa petauro

Alternoſq; cient motus delatus & ille
Nunc iacet atq; huius caſu ſuſpenditur ille
Membraq; per flammas orbeſq; emiſſa flagrantis
Tollitur ut liquidis per humum ponuntur mundis.
Delphinumq; ſuos per inane natantia motus
Et uiduata uolant pennis & in aere ludunt
At ſi deficient artes remanebit in illis
Materies tamen apta dabit natura uigorem.
Atq; alacres curſus campoq; uolantia membra.
¶ Sed regione means cepheus humentis aquari Cepheus
Non dabit in luſum mores facit ora manere
Frontiſq; ac uultus componit pondere mentes.
Paſcentur curis ueterumq; exempla reuoluent
Semper & antiqui laudabunt uerba catonis
Tutoriſue ſupercilium patruiue rigorem
Component teneros etiam qui nutriat annos
Et duum dominus prætexte lege ſequatur
Quodq; agat id credat ſtupefactus imagine iuris
Quin etiam tragico præſtabunt uerba cothurno
Cuius erit quanquã in chartis ſtilus ipſe cruentus
Nec minus & ſcelerum facie rerumq; tumultu
Gaudebunt atri luctum memorare ſepulchri
Ructantemq; patrem natos ſolem reuerſum
Et ſerum ſine ſole diem thebana uiuabit
Dicere bella uteri mixtumq; in fratre parentem
Quærere medeæ natos fratremq; patremq;
Hinc ueſtis flammas illinc pro munere miſſas
Aeriamq; fugam uectoſq; ex ignibus annos

Mille alias rerum ſpeties in carmine ducent
Forſitan ipſe etiam geſtus referetur in actis
At ſi quis ſtudio ſcribendi mitior ibit
Comica componet lætis ſpectacula ludis
Ardentis iuuenes raptaſq; in amore puellas
Eluſoſq; ſenes agileſq; per omnia ſeruos
Quis in cuncta ſuam produxit ſæcula uitam
Doctior orbe ſuo linguæ ſub flore menander
Qui uita oſtendit uitam curruſq; ſacrauit
Et ſi tanta opum uires commenta negarint
Externis tamen aptus erit nunc uoce poetis
Nunc ſatyro guſtu refertq; affatibus ora
Et ſua dicendo faciet ſoluſq; per omnis
Ibit perſonas & turbas reddet in unam.
Aut magnos heroas aget: ſcenaſq; togatas
Omnes fortunæ uultus per menbra reducet
Aequabitq; choros geſtu cogetq; uideri
Preſentem troiam priamumq; ante ora cadentem.
Nunc aquilæ ſydus referam quæ parte ſiniſtra
Rorantis iuuenis quem terris ſuſtulit ipſa
Fertur & extentis predam circumuolat allis
Fulmina miſſa refert & cælo militat ales
Biſſextamq; notat partem fluuialis aquari
Illius in terris orietis tempore natus
Ad ſpolia & partes ſurget uel cæde rapinas
Cuique hominum deerint ſtrages dabit ille ferarum
Nec pacem a bello ciuem diſcernet ab hoſte
Ipſe ſibi lex eſt & fert quæcunque uoluntas

Præcipitat uires laus eſt contendere cuncta
Et ſi forte bonis acceſſerit impitus auſis.
Improbitas fiet uirtus & condere bella
Et magnis patriam poterit ornare triumphis
Et quia non tractat uolucris.ſed ſuggerit arma.
Immiſſoſq; refert ignes & fulmina reddit
Regis erit magniue ducis per bella miniſter
Ingentiſq; ſuis præſtabit uiribus uſus.
At cum caſſiope bis denis partibus actis
Aequorei iuuenis deſtra de parte reſurgit
Artifices auri faciet qui mille figuris
Vertere opus poſſint tenuiq; acquirere dotem
Materiæ & lapidum muos miſcere colores.
Hinc anguſta nitent ſacratis munera templi.
Et mitridateos uultus induta trophæa.
Aurea phæbeis certantia lumina flammis
Gemmarum nitidis radiantes lucibus ignes.
Hinc pompeia manent ueteris monumenta triumphi
Et quod erat regnum pelagus fuit una malorum
Non extincta lues ſemperq; recentia flammis
Hinc lenocinium formæ cultuſq; repertus
Corporis atq; auro quæſita eſt gratia frontis
Perq; caput ducti lapides per colla manuſq;
Et pedibus niueis fulſerunt aurea uincla.
Quid potius macronu uelit tractare creatos
Quã factum reuocare ſuos quod poſſit ad uſus
Ac ne materies tali ſub munere deſit
Quærere ſub terris aurum furtoq; latentem

Naturam cruere orbemq; inuertere præde
Imperat & glebas inter deprendere gazam.
Inuitamq; nouo tandem perducere cælo
Ille etiam ſuluas auidus numerabit harenas
Perſunditq; nouo ſtillantia littora ponto
Paruaq; fragmentis ſaciet momenta minutis
Pertulit ut legeret cenſus ſpumantis in aurum
Et perlucentis cuperet penſare lapillos.
Verticibus mediis oculos emittet auaros
Et coquet argenti glebas uenamq; latentem
Eruit & ſilicem riuo ſaliente liquabit
Et ſacti mercator erit per utrunque metalli
Alter & alterius ſemper mutabit in uſus
Talia caſiope naſcentum pectora finget.
Andromadæ ſequitur ſydus que piſcibus ortis
Biſſex in partis cælo uenit aurea deſtro
Hanc quondam pœnæ dirorum culpa parentum
Prodidit infeſtus totis cum uiribus omnis
Incubuit pontus timuit naufragia tellus
Propoſita eſt merces ueſano dedere ponto
Adromedam: teneros ut belua mandaret artus.
Hic hymeneus erat: ſolaq; in publica damna
Pronatis lachrymans ornatur uictima pœna
Induiturq; ſinus non hæc in uota paratos
Virginis & uiuæ rapitur ſine funere funus.
At ſimul infeſti uentum eſt ad littor ponti
Mollia per duras panduntur brachia cantes
Aſtrinxere pedes ſcopulis iniectaq; uincla

Et cruce uirginea moritura puella pependit
Seruatur tamen in pœna uultuſq; pudorq;
Supplicia ipſa docent niuea ceruice recliuis
Molliter ipſa ſuæ cuſtos eſt ſola figuræ
Defluere ſinus humeris fugitq; lacertos
Veſtis & effuſi ſcapulis hæſere capilli.
Ter circum alcyones pennis plauiſere uolantes
Fleueruntq; tuos miſerando carmine caſus
Et tibi contextas umbram fecere per allas
At tua conſtituit fluctus ſpectacula pontus
Aſſuetaſq; ſibi deſiit perſundere rippas
Extulit & liquido nereis ab æquore uultum
Et caſus miſerata tuos rorauit & undas
Ipſa leui flatu remouens pendentia membra
Aura per extremas reſonauit flebile rupes.
Tandem gorgonei uictorem perſea monſtri
Fœlix illa dies redeuntem ad littora duxit
Iſq; ubi pendentem uidit de rupe puella
Diriguit facie quam non ſtupefecerat hoſtis
Vixq; manu ſpolium tenuit uictorq; meduſæ
Victus in andromeda eſt iam cantibus inuidet ipſis
Fœliceſq; uocat teneant que membra cathenas
At poſtquã pœnæ cauſam cognouit ab ipſa
Deſtinat in cathalamos per bellum uadere ponti
Altera ſi gorgon ueniat non territus ire
Concitat aerios curſus flentiſq; parentes
Promiſſu uitæ recreat pactuſq; maritum
Ad littus remeat grauidus iam ſurgere pontus

Cœperat & longo fugiebat agmine fluctus
Impellentis onus monſtri caput emminet undas
Scindentis: pelaguſq; mouet circumſonat æquor
Dentibus inq; ipſo rapidum mare nauigat ore
Hinc uaſti turgent immenſis torquibus orbes
Tergaq; conſummunt pelagus ſonat undiq; ſyrtis
Atq; ipſi metuunt montes ſcopuliq; tuentem.
Infœlix uirgo quãuis ſub uindice tanto
Quæ tua tunc fuerat facies? ut fulgit in auras
Spiritus. ut toto caruerunt ſanguine membra
Cum tua fata cauis e rupibus ipſa uideres
Ad nautemq; tibi pœnam pelaguſq; ferentem
Quãtula preda maris? ſed pennis ſubuolat alte
Perſeus & cælo pedens iaculatur in hoſtem
Gorganeo tinctum. defigens ſanguine ferrum
Illa ſubit contta aſſurgens: conuerſaq; frontem
Erigit: & tortis innitens orbibus alte
Emicat: ac toto ſublimis corpore fertur
Sed quantum illa ſubit ſemper iaculata profundo
In tantum reuolat latumq; per æthera ludit
Perſeus & cæti ſubeuntis uerberat ora
Nec cedit tamen illa uiro: ſed ſæuit in auras
Morſibus: & uani crepitant ſine uulnere dentes
Efflat: & in cælum pelagus mergit uolantem
Sanguineis nudis pontumq; extollit in aſtra.
Spectabat pugnam pugnandi cauſa puella
Iamq; oblata ſui metuit pro uindice tali
Suſpirans animoq; magiſquã corpore pendet

Tandem confoſſis ſubſedit belua membris
Plena maris: ſummaſq; iterum remeauit ad undas
Et magnum uaſto contexit corpore pontum
Tunc quoq; terribilis nec uirginis ore uidenda
Perfudit liquido perſeus in marmore corpus
Maior & ex undis ad cautes peruolat altas.
Soluitq; hærentem undis de rupe puellam
Deſponſam pugna nuptaui dote mariti
Hic dedit andromedæ celum ſtellaſq; ſacrauit
Mercedem tanti belli quod condidit ipſe
Gorgone non leuius monſtrum pelaguſq; leuauit.
Quiſquis in andromedæ ſurgentis tempore ponto
Naſcitur immittis ueniet pœnæq; miniſter.
Carceris & duri cuſtos quo ſtante ſuperbe
Proſtratæ iaceant miſerorum in lumine matres
Per nocteſq; patres cupiant extrema ſuorum
Oſcula & in proprias animam tranſſerre medullas
Carnificiſq; uenit mortem ducentis imago
Accenſiſq; rogit & ſtricta ſæpe ſecuri
Supplicium uectigal erit qui deniq; poſſit
Pendentem e ſcopulis ipſam ſpectare puellam
Vinctorum dominus ſociuſq; in parte cathenæ
Interdum pœnis innoxia corpora ſeruat.
Piſcibus ex ortis cum pars uiceſima prima
Signatum terræ lumen fulgebit & orbi
Aerius naſcetur equus: cæloq; uolabit
Velloceſq; dabit ſub tali tempore partus.
Omne per officium uigilantia membra ferentes

Hic glomerabit equo giros dorſoq; ſuperbus
Ardua bella geret rector cum milite mixtus
Nunc ſtudio fraudare fidem poteriſq; uidere
Mentiri paſſus & campo tollere curſu
Q uāuis ab extremo citius reuolueris orbe
Nunctius: extremum uel bis penetrauerit orbem
Vilibus ille etiam ſonabit uulnera ſucis
Q uadrupedum: medicas artis in membra ferarum
Nouerit humanos & que naſcentur ad uſus.
Nixa genu ſpeties & graio nomine dicta
Engonaſi idolon iuuens ſub origine conſtant
Dextra per extremos attollit lumina piſces
Hinc fuga naſcentum dolus inſidiæq; creantur
Graſſatorq; uenit media metuendus in urbe
Et ſi forte aliquas animo conſurget in artis
In præripta dabit ſtudium uincet periclo.
Ingenium at tenues auſus ſine limite greſſus
Certa per extentos ponet ueſtigia funes
Et cæli meditatus iter faſtigia pendet
A pennina petens torulum ſuſpendet ab ipſo.
Leua ſub extremis conſurgunt ſydera cæti
Piſcibus andromedam ponto cæloq; ſequentis
Hoc trahit in pelagi cedes & uulnere notos
Squamigeri gregis extentis laqueare profundum
Retibus & pontum uinclis armare ſequentem
Et uelut in laco ſecuras æquore focas
Carceribus claudunt raris & compede nexant
Incautoſq; trahunt macularum uimine thynnos

Nec cœpiſſe ſat eſt luctantur corpora nodis
Expectantq; nouas acies ferroq; necantur
Inficiturq; ſuo permixtus ſanguine pontus
Totus cumtoto iacuerunt littore præde
Altera ſit cædis cædes ſcinduntur in artus
Corpore & ex uno uarius deſcribitur uſus
Ille datis melior ſiccis pars illa recentis
Hinc ſanies precioſa fluit floremq; cruoris
Euomit: & mixto guſtum ſale temperat oris
Illa putris turba eſt ſtrages confunditur omnis
Permiſcetq; ſuas alterna in damna figuras
Communemq; cibis uſum ſucumq; miniſtrat.
At cum ceruleo ſtetit ipſa ſimillima ponto
Squamigerum nubes terræq; immobilis hæret
Excipitur uaſta circunuallata ſagena
Ingentiſq; lacus & bacchi dolia complet
Humoriſq; uolet ſocia permutua dote
Et fluit in liquidas tabes reſoluta medullas
Quin etiam magnas poterunt celebrare ſalinas
Et pontum coquere & ponti ſecernere uires
Cum ſolidum certo diſcendunt margine campum
Ad bellumq; ſuo deductum ex æquore fluctum
Claudendoq; negant: dum demum ſuſcipit undas
Area tum pontus per ſolem humore niteſcit
Congeritur ſiccum pelagus merſiq; profundi
Canicies & nota maris ſpumæq; rigentis
Ingentis faciunt tumulos: pelagiq; uenenum
Quodq; erat uſus aquæ ſuco corruptus amoro

Vatali ſale permutant redduntq; ſalubrem.
At reuoluta cum primis uultibus arctos
Ad ſua perpetuos reuocat ueſtigia paſſus
Nunquã tincta uadis ſed ſemper flexibilis orbe
Ac cynoſura minor cum prima luce reſurgit
Et pariter uaſtus ue leon & ſcorpius acer
Nocte ſub extrema permittunt iura dici
Non inimica fere tali ſub tempore natus
Ora feret placidus peraget commertia gentis
Ille manu uaſtos poterit frenare leones
Et palpare lupos pantheris ludere captis.
Nec fugiet ualidas cognati ſyderis urſas.
Inq; artis hominum peruerſaq; munera ducet
Ille elephanta premet dorſo ſtimuliſq; mouebit
Turpiter in tanto cedentem pondere cunctis
Ille tigrim rabiæ ſoluit paciq; domabit
Queque alia infeſtant ſyluis animalia terras
Iunget amicitias ſecum catuloſq; ſagaces.
Tertia pleiades dotabit forma ſorores
Fœmineum rubro uultum ſuffuſa pyropo
Inuenietq; parem ſub te cynoſura colorem
Et quos delphinus iaculatur quattuor ignes
Deltotonq; tribus facibus ſimiliq; nitentem
Luce aquilam & flexos piſces per lubrica terga.
Tum quartum quintumq; genus diſcernitur omne
E numero ſummaq; gradus qui iungitur angue
Maxima per minimos cenſu concluditur uno
Quæ neq; per cunctas noctes neq; tempore in omni

Reſpondent alto cæli ſummota profundo
Sed cum clara ſuos auertit delia curſus
Cumq; uaga eſt illa & terris ſua lumina condit
Merſit & ardentis orion aureus ignis
Signaq; trangreſſus mutat per tempora phœbus
Effulget tenebris & nocte accenditur atra
Tunc conferta licet cæli fulgentia templa
Cernere ſeminibus denſis totumq; micare
Spiritus aut ſolidis ſitq; hæc diſcordia concors
Nec ſpacium ſtellis mundo nec cedere ſummam
Floribus aut ſiccæ cumulo per litus harenæ
Sed quot eant ſemper naſcentes æquore fluctus
Quot delapſa cadant foliorum milia ſyluis
Amplius hoc ignes numero uolitare per orbem
Vtq; per ingentem populus deſcribitur urbem
Præcipuumq; patres retinent & proximum equeſter
Ordo locum populumq; equitum populoq; ſubire
Vulgus iners uideas eriam ſine nomine turbam
Sic etiam magno quedam reſpondere mundo
Que natura facit quæ cœlo condidit orbem
Sunt ſtellæ procerum ſimiles: ſunt proxima primis
Sydera. ſuntq; gradus atq; omnia iuncta priori
Maximus eſt populus ſummo qui culmine fertur
Cuius pro numero uires natura dediſſet
Ipſe ſuas æther flammas ſufferre nequiret
Totus & accenſo mundus flagraret olympo.

Marci Manilii aſtronomicon liber quintꝰ & ultimꝰ finit

Reſpondent alto cæli ſummota profundo
Sed cum clara ſuos auerterit delia curſus
Cumq; uaga eſt illa & terris ſua lumina condit
Merſit & ardentis orion aureus ignis
Signaq; tranſgreſſus mutat per tempora phœbus
Effulget tenebris & nocte accenditur æthra
Tunc conferta licet cæli fulgentia templa
Cernere ſeminibus denſis totumq; micare
Spiritus aut ſolidis ſitq; hæc diſcordia concors
Nec ſpacium ſtellis mundo nec cedere ſummam
Floribus aut ſiccæ cumulo per litus harenæ
Sed quot eunt ſemper naſcentes æquore fluctus
Quot delapſa cadant foliorum milia ſyluis
Amplius hoc ignes numero uolitare per orbem
Vtq; per ingentem populus deſcribitur urbem
Præcipuumq; patres retinent & proximum equeſter
Ordo locum populumq; equitem populoq; ſubire
Vulgus iners uideas etiam ſine nomine turbam
Sic etiam magno quædam reſpondere mundo
Quæ natura facit quæ cælo condidit orbem
Sunt ſtellæ procerum ſimiles: ſunt proxima primis
Sydera. ſuntq; gradus atq; omnia iuncta priori
Maximus eſt populus ſummo qui culmine fertur
Cuius pro numero uires natura dediſſet
Ipſe ſuas æther flammas ſufferre nequiret
Totus & accenſo mundus flagraret olympo.

Marci Manilii aſtronomicon liber quintꝰ & ultimꝰ finit

XVI 6. 29/2 157.

Index librorum: qui in hoc uolumine continentur.

Cenſorinus de die natali. Ad. Q. Cerellium.

Tabula Cebetis per Lodouicũ Odaxiũ e græco cõuerſa.

Plutarchus de Inuidia & Odio.

criminis iudicē cōſtituit:quo cū ipſemet aduerſus ſeipſū
ſentētiā ferret:nihil āplius de aduerſario quæreretͬ. Seq̄t
aūt humilē atq; abiectū aī ſenſū:uiſus triſtis & ī terrā ītu/
ens:habitus neglectus:coma ſqualida: ueſtis ſordida. Vt
quæ luctuoſi de īduſtria faciūt:hæc ultro ī nobis appare/
ant. Tunica præcīcta ſit corpori. Sed neq; cīgēdū ē ſupra
ilia q̄ppe qđ muliebre ſit:nec itē cīgendū laxius: adeo ut
diffluat tunica:hoc.n.faſtuoſū eſt & molle. Inceſſū opor/
tet eſſe neq; lāguidū:ne diſſolutionē aī accuſet:nec rurſus
uehementem ac tumultuarium: ne inconſtantis attonitiq;
animi impetus oſtēdat. Veſtis intentio eſſe debet:ad ſuffi/
ciens uelamentū carnis:& hyeme & æſtate. Pręterea neq;
floriditatem in colore conuenit perſequi:nec ī confectione
tenuitatem ac molliciam. Nam circumſpicere in ueſtibus
oculoꝝ pulchritudinem: ſimile eſt ei fœminarū ornatui:
quo illæ utētes alieno flore genas capilloſq; ſuos inficiūt.
Q uin etiā ita craſſa tunica eſſe debet:ut ei non ſit opus ad

240

ſouēdū hoīem īdutū. Calciamētū uero ꝑ dignitate ſit ui-
le: abūdeq; neceſſitatē expleat. Et ut ſi dicā quēadmodū
in ueſtimēto id debet præeſſe: q̄d ſit ad neceſſitatē: ſic ēt ī
cybo panis neceſſitatē explebit: & aq̄ homi bñ ualēti cūra
bit ſitī. Quæcūq; āt obſonia ex ſeminib9: & olerib9 fiant:
poſſūt ad neceſſarias īdigētias robur corpi cōſeruare. Eſſe
uero ita debet: ne rabidā ī faciē oñdat: ſed ubiq; ſtabilitatē
& māſuetudinē & continētiā ī uoluptatib9 ſeruet. Nec ēt
tūc mētē ī dei notiōe habeat otioſā. Sed ipſā epulaꝝ natu-
rā & ſuſcipiētis corpis molē occaſionē faciat gloriæ præ-
dicādæ: quō uarias cyboꝝ ſpecies corpoꝝ ꝓprietati accō-
modatas reꝝ oīum diſpēſator excogitauit. Orones āte cy-
bū faciēdæ ſūt ꝑ eoꝝ dignitate: quæ de9 præbitor: & nūc
dat & ī futurū ſeruauit. Orones itē fiāt poſt cybos: quæ tū
ꝑ his: quæ nobis ſunt data: grās agāt: tū quæ ꝓmiſſa ſūt:
petāt. Hora una ſepati ſit conſtituta cybo: quæ ipſa p cir-
cuitū occurrat: ita ut e uiginti & q̄ttuor horis diei & no-
ctis uix hæc ſit una: q̄ corpus abſumit. Relique uero ī opa
tione mentis occupē uiꝝ induſtriū. At ſomni & leues ſint
& abitioni faciles: q natura ſequentes tenuitatē uictus de-
dit a opa īterpolent a reꝝ magnaꝝ ſollicitudine. Profun-
do. n. ſopore detineri ſolutis mēbris adeo ut otiū abſurdis
imaginationib9 præbeat quottidiana eos afficit morte: q
ſic dormiant. Sed q̄d aliis ē tēpus matutinū: hoc pietatis
ſtudioſis ſit nox ītēpeſta: cū præſerti quies nocturna uaca
tionē aīæ largiat. Neq; oculi nec aures pnitioſū aut audi-
tū aut uiſum ī cor trāſmittat: ſed mēs ſola p ſeipſā cōiun-
gat deo: ac ſeſe in delictorū memoria corrigens: terminos
ſibi ponat ad excludēdū malū diuinūq; auxiliū imploret
ad deſyderataꝝ reꝝ pfectionē FINIS

XVI. 6. 20/3



# BARTOLI. LVCANI. VTINENSIS. AD. INNOCENTIVM. PONTIFICEM. MAX. VIII. ORATIO.

Rex ſuperũ poſtq̃ mũdi noua mẽbra creauit:
Et poſita eſt operi tanto manus ultima:iuſſit
Eſſe feras:homineſq; ſua pater optime terra:
Non eadẽ fortuna tamen:non omnibus una:
Conditio:& uitæ par non fuit exitus actæ:
Velat enim natura feras:nutritue paratis
Spõte cibis. quocũq; mouet natiua uoluptas:
Ferre gradus natura ſinit:ſed lege relinquunt:
Que ſua ſunt miſero morientes omnia mũdo.
Sors hominis diuerſa fuit:nam pulſus ab agro
Fœlici:diræue dolens diſpendia culpæ
Corporis:inq; animi duri certamina belli
Prodiit:& uarios ſenſit pro pace labores:
Euenere tamen miſeris mortalibus iſta
Conſilio:nutuq; dei:quo cura moueret
Torpentes animos:uariiſq; in rebus egeſtas
Ingenioſa uias pareret: monſtraret & artes:
Nuda quibus poſſent operiri membra: leuari
Dura fames: mores cõponi: ex tempore fingi
Siue quies:ſeu bella forent:diſcordibus armis
Quicquid in externis liceat ꝑquirere rebus.
Non ideo hos telis obiecit Iuppiter ullis:

242.

Quæ non ingenio poſſent: uirtute manuq;
Tundere: & optatos etiam ſperare triumphos
Non quales quondam tapeia e rupe ſolebas
Cernere Roma potẽs: dũ te gradiuus in armis
Et uirtus populos dñam ſtatuere per omnes:
Sed quibus: hinc homini diuina lege liceret
Ad ſuperos remeare ſuos: & iure perenni
Ponere perpetuos cœleſti ſede penates.
Qui fuerint illi: quorũ ſolertia quondam
Cuderit arma nouos humane ſortis in hoſtes:
Ex quibus atq; etiã conſtet pars muneris hui⁹:
Seu corpus: ſeu mentis opes: ſeu cetera cures:
Per te ſancte pater liceat mihi dicere: non quo
Te doceam: qui cuncta tenes: ſed mira uidẽtes
Ingeniis comperta nouis ut iure uidenda
Noſtra putent: cũ ſumma ferã: ſi uera fateri
De ſe poſſe datur meritis: & qualia ſolum
Inſcius æquoreis ſuſpirat mundus in undis:
Pro ſummis tamen ima petens: ſi forte licebit
Codro agamẽnonia nũmũ depoſcere ab arca.
Grandia ſollicitos agitarunt pondera uates
Vix homeris ſubeunda ſatis: ſed numina uotis
Mota peroptatas tribuerunt carmine uires.
Aonios colles: cyrrhæaq; ſacra relinquo:
Te duce: qui faueas: primaq; ab origine mũdi
Inuentis preſtes diuini pectoris aures.

¶ Orbe nouo: primos uexabat cura parentes
Non uno permota malo: nũc membra uideri
Nuda pudor triſtis: tum quæ cælanda fuiſſent
Inuitis oculis etiam detecta paterent.
Nunc æſtus: hiemiſq; uices: cũ ſirius artus
Vreret: & niuibus tellus perfuſa lateret.
Vnica meoniis inuenta eſt femina terris:
Quæ lini monſtrauit opes: & filius artes
Sollicito teretes uoluendi pollice fuſos.
Sub tegmen radiis intexere ſardus acutis
Alternis docuit manibus: dũ ſtamina pendẽt
Iuncta iugo: & gracilis pariter ſecernit arũdo.
¶ Eſt batius mõſtrator acus: & forficis: artis
Sutrinæ quas arma uocant: quæ floruit inde:
Per uarios lanis fulonum inuenta colores:
Quot picta: & quales uolucris iunonia cauda
Non ſimul oſtentat: non prata nitentia uernis
Floribus e zephiri fœcundo rore creatis.
Niliacus teſtis populus: mihi teſtis iberus:
Carbaſa qui mittunt: & uellera mira per orbẽ
Vt taceam Verona tuas: Vincentia lanas:
Et quas Oebalii laudat noua fama Tarenti
Aſper Cinyphiæ uillus præſtare capellæ
Lenia detectis hõim uelamina membris
Arte ſolet: dubiis umbraꝝ tractibus. Vnde
Molliter aſſiduo falluntur lumina motu:

Non oculis inuiſa tamen: Mileſia quando
Vellera purpureos uincant ſorbētia ſuccos.
Non taceo lanas niueo candore nitentes:
Quas hōi dat culta ſeges: tum ueſtibus aptas
Ingenium uarios ſollers perduxit in uſus:
Sed moror in paruis: ſummū mōſtrat̃ acumē.
Si e minimis immenſa uides: & qualia nullus
Vera putet: ſi non oculis ſubiecta paterent.
¶ Vermis apud ſeres madidis in frōdib⁹ ortus
Vellere folliculum cingit: quo carcere tanꝗ̃
Septus obit: moriens etiam ſpes oua futuræ
Prolis habet. Fingas ſollers quæ cuderit inde
Mens hominis: partes mundi nō uiſa per oēs:
In mediumue aliquis fabricator proferat: unꝗ̃
Quis foret: e tenui qui credat uerme profecta
Talia: & in tantos etiam ueniſſe nitores?
Nil colus his neuit ſubtilius: ulla tenaci
Robore fila magis non uoluit fuſus: ahenis
Tincta cauis ſuperant tantū ſplendore colores
Quos tribuit natura parens: lucentia quantū
Sidera phæbeis ſuperantur lumine flammis.
Ingeniis horum uelamur talibus. Vnde
Plebs: equeſ: & comites pariter: regeſq; decent̄
Munus hn̄t: quo mēbra tegūt: æſtuſq; rigorq;
Tunditur: in totum uariatis menſibus annum
Veſtibus inuentis: urget labor alter: in antris

Ad tiberi moderanda tuas peruenit habenas:
Tempore quo plane patuit: mortalia curæ
An ſuperis eſſent: cæli dum conditor imam
Iuſſit in hāc gemitus natū deſcendere uallem:
Humanaq; hac carne tegi: ſtimuliſq; ſubeſſe:
Quos hōim ſors ſæpe mouet: quo ductor: &
Miles: in aduerſos aīoꝝ ſumeret hoſtes: Lacer
Fortiter arma manu: nobiſq; exempla ferendi
Se duce præſtaret conſtanti mente labores:
Frenandiq; feros motus in limite: noſtro
Quem ratio ſtabilem prefixit cauta furori:
Horriſono ne dum mortales buccina cantu
Accierit ſub iura fori cæleſtis: & horum:
Que tulit ipſe deus: rationes exiget: ullus
Iure queri ualeat: ſcapulis maiora tuliſſe
Pondera: nec tanto potuiſſe reſiſtere bello:
Is cum pauperiem tulerit: ſeruilia: cum rex
Et dominus: placida ſemper ceruice: nocenti
Parcere cum fuerit. ſummo cum ſemper amor̄
Arſerit accenſas inimico pectore mentes:
Et ueniam cupido rogitarit corde parentem
Is etiam: quis cæſus erat: uerbiſq;: manuq;
Læſus: & ad ſæuam deductus carcere mortem.
Hæc homines docuit uiuens: at morte ſolutus
Artubꝰ: & ſtygias: ꝓrūpens uictor ad umbras
Inde patres ſanctos: cœco iam ſecula per tot

Carcere:detentos in lucem uexit:& artus
Sopitos clauſo repetens tellure ſepulchro
Se tribuit manibus tractandum:luce uidendũ
Diſcipulis:ne forte diu monſtrata labaret
Relligio:& moꝝ traherent documenta ruinã
Inde pius monitor mandatis functus:& huius
Vallis onus linquẽs: Petro moderamine moꝝ
Nauiculæq; dato tumidis in fluctibus actæ:
Ad ſuperos direxit iter:nobiſq; ſereni:
Moribus exhibitis:aditum patefecit olympi.
¶ Dotibus hic animi ſtatuet̃ finis:ab illo
Non locus eſt reliquis uitæ monitoribꝰ :unde
noſtra queant aliis ornari pectora rebus.
Polliciti nunc ordo petit me dicere:quorum
Rebus in externis ualuit ſollertia:uerbis
Qđ breuibus planũ faciam cũ maxima tantũ
Proſequar:& uarias hõim comperta ꝑ artes.
Ignis erat priſcis ignotus patribus olim:
Venaq; præduri cunctis erat abdita ferri:
Munera diuorum uel ſummis proxima:ſiluas
Dum colerent hoĩes nudi: legerentq; rubetis
Fercula:& e uiridi quaſſarent ilice glandes:
Tempore quo tandem proles iunonia:duro
Frigore cum calidas ſenſiſſet ab arbore flãmas
Fulmine ſuccenſa:docuit nos poſſe paratos
Continuare:datis lignorum faſcibus:ignes.

¶Cura Pyrodis item ſilicis de uulnere cudi
Scintillam docuit: iapeti quã fomite proles
Augeri in prunas pariter monſtrauit: & uſus:
¶Si deſint ſilices: & iactus fulminis: ignis
Ac penitus pereat: ſtudium patefecit ab ipſis
Poſſe poli radiis ſpeculi curuamine ſumi
Fomite perpetuam phœbeo munere flammã.
¶Ferrum dictæis compertũ conſtat in oris:
Quo ſine nil ſtaret: quo gens humana ferinis
Precipue ſe iuncta foret: ſi mentis honores
Excipis: & reliquas hominũ circũſpicis artes.
Malleus ingenio Cynaræ: cũ forcipe: & incus
Fabrili ſtrepuere domo: qua mille uidentur
Inſtrumenta nouos manum fluxiſſe per actus.
¶Aſcia dædaleis: terebrũq;: & ſerra repertis
Ad fabri uenere manus: fortiſq; ſecuris
Thermodontiaca facta eſt ab Amazone ripa.
Plurima pretereo numero deterritus ipſo:
Quæ patet ideo manibus fabricata metallo.
¶Cadmus agenorides auri telluris ab altæ
Viſceribus produxit opes: argentea necnon
Munera erichthonius: luxus fomenta: maloꝝ
Semina multoꝝ: paciq; inimica beatæ:
Materiam: quæ prima uiros oſtendit: & acres.
¶Vaſa domus: uariis ſeruãdis rebus: in annos
Continuoſq; uſus: cupiebant tempore priſco

Mortales paſſim: clari ſolertia donec
Speuſippi ex lignis monſtrauit uaſcula multis:
¶ Fictilibuſq; rotas anacharſis cõtulit aptas:
¶ Et theodore tuo ſunt torna inuenta labore:
Aere uides: uitroq; etiã conflata nitenti:
Quo nil ſplendidius: ſi non fractura: uel ipſa
Copia per nimios paſſim uileſceret uſus.
¶ Verſabant ueteres piſtrini marmora dextris
Durũ opꝰ: z ſeruis crebro data pœna malignis
Donec ad unius labor hic peruenit ocellos:
Ingeniumq;: apta ſue manus: induſtria cuius
Tanta fuit: quantam cliuo labentibus undis:
Cernimus in ſegetũ frangendo grana reptam
¶ Durum erat exiguo geſtare ingentia tergo
Põdera: & in partes ſcapulis trãſſerre remotas
Sed phrigis huic ſtudiũ tentãs obſtare labori
Cõpoſuit ualidos geſtando pondere currus:
Liber & hos docuit tauri ceruice ſubacti
Poſſe trahi: collumq; iugis aſſueſcere duris.
¶ Carpe iter pedibus facile eſt nõ oĩbus: ætas
Precipue cui grandis ineſt: tituluſq; uerendæ
Maieſtatis honus: motus quo: tpe quodam:
Iure peletronius duris frenare lupatis
Cornipedes cœpit: terguſq; inſternere fictis
Sedibus: & primos monuit tractare iugales.
¶ Terra coli: ad ſegetes poſcebat iuſſa ferẽdas

Cum brutis uitare notos:imbreſq;:uiceſq;
Noctis:& obſcuris retinere cubilia luſtris.
Curialus ſollers:& frater Hyperbius iſtis
Iure malis moti primas poſuere:reperta
Arte:domos:brutiſq; homines feritate relicta
Cogere cœperunt populos: & mœnibus illos
Cingere:paulatim compertis artibus:unde
Incolimus tales:quales nos cernimus urbes:
Ne loq̄r īmenſos magnæ Babilonis honores:
Thebanaſq; opum moles:quas fertur olympo
Humanas æquaſſe manus:& maxima rerum
Roma tuos quales uidiſti ſæpe penates.
Iſta ſatis nudis:ſaltuſq; colentibus apta
Dum rerum menſura ferat:nec diſcolor uſus
Tectorum in nimios luxus a lege recedat.
Hæc ubi compoſuit curetum induſtria : ſaltus
Atq; homines liquere feris:ſpes certa ſubiuit
Poſſe a glandifera uictus auertere quercu:
Nec fluuio ſedare ſitim:nec fontis aperti
Munere:ſed molli potius fortaſſe liquore.
¶Læſa Ceres dura ſaturari glande repertas
Prima dedit fruges:gemino quas frāgere ſaxo
Edocuit:paniſq; nouos peruenit in uſus:
Quo merito fecere deam:ſpicæq; maniplis
Grati perpetuas numen coluere per aras.
Potio erat cunctis ſitientibus unda:priuſq̄

Niſa uirum ferret: uites qui ponere primus
Cœpit: & in menſes muſtum ſeruare futuros:
Vt tacęam reliquos uariis regionibus huius
Muneris auctores: quorum ſollertia nobis
Maſſica: ſetinum tribuit: uinumqꝫ falernum:
Dictæumqꝫ merū: quo nō preſtantius ullum
Nunc calcant patulis hōim ueſtigia labris.
¶ Plurima ſollicitæ monſtrauit fercula priſcis
Flamma gulæ: ſcriptis etiam mandauit apici
Cura: quibus rebus poſſent condire guloſum
Fictile: qui calidæ pertractant arma culinæ:
Et platinæ noſtra iam tempeſtate notauit
Terſa manus: multiſqꝫ cibis confecta uoluptas
Mille modos reruꝫ: quarum dulcedine nullus
Ambroſiam ſuperū proprios depoſcat in uſus
¶ Cōſtat poſſe homines illeſos uiuere morbis:
Vltimo & extingui ſenio: ceu lichnus: oliuo
Conſumpto: ſplendore perit: prudentia talis:
Tantaqꝫ ineſſe poteſt humanis mentibus: uſus
In quoſcūqꝫ uoces: cunctarū at maxima res eſt
Nec uiſu facilis multis in millibus: unde
Tot generum morbus mortales uexat: ut illa
Dicere ſi tentem numero: fortaſſe uiderer
Dinumerare tuas regio dodonea frondes:
Alma tamen tellus diuino concita iuſſu
Multa legenda tulit: quibꝰ his obſtare liceret:

Et morbos finire graues: Natura ferinis
Quod dedit ignaris ſuperũ: mortalibus illud
(Ni ſtudium deſit) nec nobis fata negarunt.
¶ Prim⁹ honos medicĩa fuit tibi phœbe reptor
Huius opis: meritiſq; tuũ celebratur in omnes
Ingenium terras: cuius ſollertia noſtris
Corporibus tutamen adeſt: herbaſq; ſalubres
Protulit ad medicas ſuccis facientibus artes.
Phillyrides geminus: niueaq; Coronide natus
Plurima appollineis iunxere inuenta repertis.
Conſilio: ſtudioq; ſuo: nec defuit inde
Pythagoras ꝑſa: Macer & qui carmine uires
Herbarum uerbis caneret Verona latinis.
Ne numerem cũctos auctores muneris huius
Quæ reliquæ tetigere man⁹ hippocratis una
Compoſuit: Gallenus item quæcũq; fuerunt
Tot: tantis quærenda malis: quot: q̃ta uident̃
Humanum uexare genus: monſtrauit abunde
Pocula non fero medicinæ inuenta petenti.
¶ His patet: in nullos hõies ueniſſe labores:
Corpora ſi ſpectes: quos nõ ſollertia demum
Vicerit: & parta mundus ſuperauerit arte:
Qua conſtat pietate deus: qui munere rerũ
Si uoluit tanto uariarum noſtra foueri
Corpa: quæ in cineres breuit̃ lapſura uidemus
Et tineis latura cibos: Quæ tegmina nudis:

Quos animis cultus fieri uoluiſſe putemus
Ingeniis: curaqꝫ hōim: quos corpore tandem
Coniunctos cœli ſtatuat conſcribere ciues:
Non locus eſt auro: nō gemmis: munera ſæpe
Mortales quæ hebetāt ſenſus: citraqꝫ uel ultra
Præcipitant fines recti: ſed moribus apte
Clara quibus uictis poſſit conſiſtere uirtus.
¶ Qui dotes animis: ac tela nitentia contra
Spicula: q̄ humanas agitāt ceu turbine mētes
Tradiderint promiſſa petūt me dicere: quanq̄
Apta minus noſtro uideantur pondera tergo.
¶ Principiis rerum uariis regionibus olim
Terra uiros aluit quoſdam: quibus una uidet̃
Impertiſſe ſuum meritis ſapientia nomen.
Prima magos perſis genuit: qui fraude relicta
Terrenis quæ eſt nexa bonis: ad ſidera uultus
Aurea tollentes ſuperis pia thura: preceſqꝫ
Fundere cōſuerunt: animos: iterūqꝫ reſumptis
Artubus: æthereos fieri docuere colonos:
Quæ pia relligio reges animauit ab ortu
Viſere loturi maculas cunabula chriſti:
Myrrha: thure ſacro: parui nō ponderis auro.
¶ Terra ſemiramiis olim circumdata muris
Chaldæos habuiſſe datur: quis cura perennis
Illa fuit: cœli motus: ac ſidera rebus
Scire quid inferius ſoleant promittere noſtris:

Dos animis nõ parua q̄dem: q̄ mira relatu
Dignaq;: cui meritas reddat nũc mãtua laudeſ
¶ Decolor extremis ſapientes orbis in oris
India nonnullos genuit: patientia quorum
Quæ fuerit nudis potuit monſtrare niuoſis
Rupibus aſſidue peragratus Caucaſus: inde
Solis ad ardentis radios conſiſtere harenis
Igne fere accenſis: rapidas ac cernere phœbi:
Corpore nudato: conſtanti lumine flammas
Viſa quidem rebus magna eſt cõſtantia: laude
Digna: nec immerito terras memorata p oẽs.
¶ Gallica gens habuit Dryidas: q̄s uiuerẽ ſiluis
Moris erat: ramiſq; tegi pro culmine quercus:
Vnde datum nomen: diuini iuris honores:
Humaniq; ſimul rebus monſtrare: timorem
Mortis in exiguis uitæ decernere damnis:
Hoc: quia credebant: aĩos hoc carcere demũ
Emiſſos: alio: ſuperum uirtute reſumpto
Corpore perpetuam mundo producere uitam
Qui uigor eſt genti noſtro quoq; tpe: quãdo
Vel pia relligio: patriæ uel cõmoda poſcunt
Pergere in aduerſos nudatis enſibus hoſtes.
¶ Floruit Aegiptus ſacra probitate prophetis
Ad quos nil reliqui: Morum præſtantia ſiue
Quæritur: aut operum certis miracula rebus
Contigit his etenim: claro non cernere tantũ

Lumine: quē mundi ſummū nouere parentem
Affariq; piis uerbis: ſed morte relictis
Artubus: amiſſam meritis impendere uitam.
¶ Ochꝰ apud pplos phœnicas claruit: orpheuſ
Traiciis ſplendor: necnon zamolſis: & atlas
Extitit in libycis non parui nominis oris:
Vt bene qui aſtrorum cauſas: ſoliſq; labores:
Erroreſq; ſatis lunæ cognoſceret: Vnde
Suſtinuiſſe ſuo perhibetur ſidera tergo.
¶ qd tibi mercuriū memorē: muſæaq; magnū
Quidue linū: ſmyrnæq; ſenem: facūdia cuius
Non tantum mollire aures: ſed pingere moreſ
Et rerū monſtrare modos numeroſa uidetur:
Attente dum picta legis: operumq; colores
Perſpicis: ac tacitos ſenſus in mente uolutas.
¶ Græcia clara fuit ſeptem ſapientibus olim:
Pluribus atq; aliis: ſtudii quis iure ſophya:
Atq; phylos ſamio nomen tribuere magiſtro:
Omiſſis reliquis: certas dum quærere cauſas
Rebus in humanis: atq; hos conſcendere cura
Signiferi ſecreta poli grauiore pateret.
¶ Artis grāmatices prima eſt inuentio grais
Tradita. Romanæ debet proxima linguæ:
Vnde graues fluxere riui: quoꝝ inclita uirtus
Fecit ut inuideat græcis iam nullus Homerum
Italus: egregias nullus Demoſtenis artes:

Aut genus ex doctis aliud: mens p̄ma zenonis
Argumentari arte dedit diſſenſio partes
Cum ſit in oppoſitas: Veriq; requiritur ordo.
¶ Ingenio Empedoclis ſiculæ telluris alumni
Rhetorices inuenta uides: quæ ſola potenti:
Libero & in populo moderat̃ frena: mouetq;
Quolibet: inſtabiles ſapienti pectore mentes
¶ Iunxit arithmeticæ numeros ægyptia tellus
Menſuræq; modos geometro contulit: undis
Dum Nylus turbaret agros: nec limitis ullum
Indicium cæcis limo appareret in aruis.
¶ Sidereos motus plures docuere: ſed iſta
Aſtrologos peperiſſe datur ꝓuincia ſummos.
¶ Muſica Pythagore ſtudio eſt inuēta: leuare
Corda ſolet curis: aures lenire. Videtur
Mentibus: ex uario concentu grata ſupernis.
¶ Omnibus in terris ſapientū cura remotis
Dum foret in cauſis: ac ſcitu grandibus: unū
Socratis ingenium: cura propiore: relictis
Quæ rerum natura ferat: de moribus apte
Compoſuit: uitaq; hominū: quid iure liceret:
Quidue minus: motus q̄ aīs mēſura pateret:
Quem deus arcitenens: tuti quo p̄ſide delphi
Sortibus ob meritum: ſapienteʒ dixit apertis.
Clarus Ariſtoteles huius documenta ſecutus
Hoc quoq; ſudauit campo: quo dign⁹ omnis

Mens hominis feruere pōt: ubi quærit̃ aptum
Mentis iter: cœliqꝫ gradus uirtute parantur.
Et nouus Arpinas: qui te iam Roma labanteꝫ
Siſtere limitibus fecit: ſe conſule: mores
Aptius eſt cunctis dictus monſtraſſe uolenti
Compoſitas rebus geſtis cognoſcere normas.
Dū priuata domꝰ regimen ſibi poſceret: illud
Scriptis ingeniū magni Xenophōtis Athenis
Protulit in mediū: ſtagiræ quoqꝫ natus in iſtis
Senſibus accenſis perhibet uigilaſſe lucernis.
Hæc etiā ex græcis Ciceronis cura: latinam
Tranſtulit in linguā: quæ ſi prudenter ut auri
Depoſitum nobis priſcos ſeruaſſe pateret:
Non nouus interpres calamos triuiſſet: & oris
Melliflui noſtras ſermo ueniſſet ad aures.
¶ Publica res acri cupiebat iure foueri:
Præceptiſqꝫ regi grauibus: ceu nauis in undis
Aequoreis cum ſeuit hyems: cœliqꝫ mariſqꝫ
Vndiqꝫ turbat̃ uicibus· Mens prima Platonis
Obtulit urbanis biſquinqꝫ uolumina rebus.
Scripſit Ariſtoteles: & noſter Tullius euo
Non noſtro uoluenda manu: Latialibus olim
Tam noua ſegnicies: ac rerum incuria ſedit
Mentibus: ad tute ſeruandum accepta futuris
¶ Cōtulit hæc animis hominū ſollertia nudis:
Singula ne memorem: donec Romana ptās

Aſſidua uirtute manus: hinc brygis acumen
Tellurem facto primum ſulcauit aratro.
Longa dies homini monſtrauit cœtera : quoꝝ
Indiget in uarias agreſtum uillicus artes.
¶ Nocte qes ſomno petit̃ : quo mẽbra diurnis
Feſſa miniſteriis foueant: raperentqꝫ labori
Mortales confecta nouo: ſed tp̃e brumæ
Pars noctis uigili curæ: rebuſqꝫ gerendis
Cũ foret antiquis datribus præſtãda: patebat
Non oleum: nõ cera: quibus ſplendere uident̃
Lichnus: & inuentis apibus funalia tectis:
Mercurius plantas oleæ monſtrauit: oliuum
Preſſit ariſtæus: tum mellis dona: fauorum
Munera perpetuas ſuperis præſtantia flãmas.
¶ Vſus aquæ datus eſt cũctis animãtibus: uno
Quoꝝ ſine non habitam poſſent ꝑducere uitã:
Sed non omnis ager: nõ omnia rura madeſcũt
Fontibus: & fluuiis æterno gurgite miſſis:
Iccirco: effoſſa Danaus tellure latentes
Viſceribus terræ lymphas oſtendit: & illas
Poſſe manu e puteis educi fune repertis.
¶ Omnib⁹ in rebus grauis eſt iactura: ſed una
Temporis eſt homini cunctaꝝ peſſima: quãdo
Non ſtudio: curaqꝫ poteſt: ulloqꝫ labore
Humano refici: que cũ diſpendia quidam
Mente uolutaret: diuiſit tempus in horas:

Quas oculus uideat numeris : & ſentiat auris
Ictibus: ad monitus quoſcunq; expoſtulet uſus
Seu priuata tibi ſint curæ: publica ſiue
Te agitent: uigilans noſcis: quæ tꝑa dentur
Rebus: & oppreſſus ſomnis hac arte citaris:
Res priſcis non nota qdem: ſed maxima: cuius
Auctor abeſt certus: maioꝝ crimine: natus
Tꝑe: quo cunctis fuit ignorantia terris.
❡ Bella geri iuſtis animoꝝ plurima cauſis
Fas & iura ſinunt: hinc eſt qđ dextra fabrilis
Arma gerenda dedit: quib⁹ & uitare liceret
Vulnus: & hoſtiles pariter domitare furores.
Acritus & pretus clipeos tribuere ſiniſtris:
Alter in alterius rueret cum fata: furenti
Murmure: contracta nimiũ ſuccenſus ab ira.
❡ Loricam Midias primus contexuit hamis
Pluribus: inuentũ tutandi corꝑis. Arcus
Inde Scythes: celeres perſes mõſtraſſe ſagittas
Fertur: & adducto calamos intendere neruo.
Sparta prior galeis: haſtis: atq; enſibus olim
Tyrones armaſſe refert. Catapulta uidetur
E Syriæ duro primum fabricata metallo.
Funda iacit: balliſta ſimul phœnicis in uſus
Ingenio producta nouos: & ſcorpio Cretæ
Debetur meritis. Duro monſtrauit Epæus
Ariete præualidos terra procumbere muros.

Bellíca res ſiquid ualidí ſtruxiſſe notatur
Tꝑibus priſcis:nihil eſt:aut nempe minoris
Momenti:ſi uera probas:q̄ machina bello
Germana confecta manu:cui mole reſiſti
Non muri:non arte poteſt : non uiribus ullis:
Non hōim uirtute ſatis:cum fulminis ignes
Eminus exuperet ſonitu:terrore:ruinis:
Mirum opus:& q̄tum conſtat ſalmonea uanis
Artibus:& ſtudio fruſtra tentaſſe: Tonantis
Dum ſibi ꝑpetuos ſtolidus captaret honores.
Siqua uides hominū curis inuenta mereri
Q uæ laudē poſſint:ſtatues non infima:quoꝝ
Munere ꝑlegimus ueterū documenta uirorū:
Q uicquid & ad uitæ cultus peperere:patetue
Sermo per abſentes ſubiturus lumen: & aures
Quem prius arboreis:animantū ſiue figuris
Aſſyrii iunxere notis: Aegyptia quanq̄
Mercurio tellus tribuat:ſed cadmus ab oris
Expulſus patriis Danaas elementa per urbes
Multa:ꝗbus fruimur formandis uocibus olim
Sparſit:& æthereas ſcribendi contulit artes:
Q ui labor in tenues cum durus forſitan eſſet
Nec cunctis cōe bonum:Germania noſtro
Tempore diuino nutu cōmota leuauit
Pondus:& unius dextræ ſudore peregit
Munus anhelantum tercentum forte : nitenti

Impreſſæ ſplendore notæ: quo diues: inopſq;
Scire ſimul poſſent ſcriptis quæcunq; fuerunt
A priſcis mandata uiris: parientia ſaltem
Corporibus: certamq; animis ex lege ſalutem
¶ Quicqd habet tellus cæleſti munere: cōſtat
Eſſe hominis cauſa genitum: ſed ſidera terris
Ferre dedere ſua non omnibus omnia ſorte:
Hinc erat externis opus e regionibus uſum
Q uerere multarū rerum: quas unda negabat
Inuia: uel notæ paucis diſtantia terræ.
Mortales rubrum ratibus ſecuere profundum
Principio: rudibuſq; uias ſtatuere repertis:
Per maris ignoti fluctus: ſed primus acutis
Nauibus eſt græcas Danaus ꝓductus ad oras:
His deerat regimen: qđ Tiphys præbuit: inde
Dædalus antennas: & mali robora: uelum
Icarus: & tumidas fecit uolitare per undas:
Munere quo rerum primus properat̃ ad ortus
Itur ad occaſus: atq; auſtri regna: bootæ
Subdita reflexis noſcuntur littora remis.
¶ Lata maris facies ualde eſt: & ſæpe natantis
Lumina nil cernunt: uel cœca nocte: uel atris
Nubibus obducto cœli ſplendore: nec ulla
Q uo ſit iter miſeris inerant ueſtigia nautis.
Ingenio res mira patet: confecta fauenti
Numine: magnetis concluſæ pixide: cuius

261.

¶Nec moueat quenq̃ uidear quo iure citatus
Oenotriæ tantum loculos tentare: relictis
Regibus: & toto reliquis immunibus orbe:
Italiæ me mouit honor: cui forte rubori
Eſſe uideretur: ſi dum priuata petuntur:
Finibus egrederer latii: nec premia tanti
Muneris a noſtris poſſem ſperare latinis:
Cum ſoleat quiuis ueſtrum: quos ære petito
Degrauo: nõ magnos: crebro maiore tyrãnos
Accipere impenſa: cunctis uos poſſe negare
Hanc dubitẽ: heſperiæ nõ eſt ea fama: decuſq;
Quæ tribuit terras de ſe uulganda per omnes
Cõſtat. n. quos terra uiros quõdã Italia mũdo
Protulit: unde patent reliqs exempla: parenti
Quid patriæ quiuis: q̃tum pro parte uirili
Debeat: & toti (ualeat modo uiribus) orbi
Curtius ob patriam: preſſo calcaribus acri
Seſſor equo: in foueã: fatis quã terra dehiſcẽs
Monſtrauit Romane tibi: ſe fortibus armis
Præcipitem uirtute dedit: quo funere tellus
Extemplo ſolitos habitus æquata recepit.
Cornua Cippe tuæ patriæ cũ regna uideres
Fatorum ui ferre tibi: tu mœnia Romæ
Deſeris externa potius moriturus in Vrbe.
Hæc decios genuit tellus: Victoria: quorum
Corpore deuoto: parta eſt tibi Roma: latinis

Hoſtibꝰ:& dubiis fremeret cũ gallus in armis·
¶ Talibus inſiſto ne quicq̄ forſitan:urbe.
Hac:ubi præcipue nati:qui publica norunt
Priuatis potiora bonis:rebuſqꝫ probarunt:
Hi dum diuicias:illi dum murmura uulgi:
Dumqꝫ alii caram ſpernunt producere uitam:
Quæ Chriſtꝰ ſeruãda dedit:cũ paup: inopſqꝫ
Nominis:& ſæuam ſubeundo ſanguine mortẽ
Humanum ſeruare genus curaret:& illi
Moribus optati reſerarit limina cæli.
¶ Quereret hic aliquis:cur de uirtute locutus
Hanc fugiã:præſtẽqꝫ aliis:qđ ferre recuſem.
Polliceor nõ parua quidem:ſed forſitan artes:
Quæ Crœſi ſupent gazas:& quicqd harenis
Voluitur:& rubri nutritur munere ponti:
Quæ ſi non aliter poſſent:ſub lumina uitæ
Huius:& in medium tandem prodire: paciſci
Diuitiis & morte uelim:propriamqꝫ ſalutem
Partiri in cunctas animoſo pectore terras:
Sed locus hic tales animi non poſcere motus
Cernitur:exiguo quæri cum munere poſſit
Tãtum opus:& latis petit̃ dũ nũmus ab arcis:
Et manibus regũ promptus:quibus ille uideri
Res tenuis:tum danda põt.cũ cõmoda mũdo
Suſcitet æternum meritis uictura per æuum
Præterea ſiquis molitur ſcire magiſter

263.

Non retegit gratis mo℞ documenta: nec ullus
Pandit in humanis naturæ incognita: gratis
Bartolus auctarum nõ ſcripta uolumina legũ:
Non artes medicas ullus: nõ quicqd habetur:
Quod mentes hõim deceat: nõ ſacra deorum
Exhibet in populos immunis iuſſa ſacerdos.
Talia qui in reliqs diſcant: mihi turba uident
Parua ſatis: tota terrarũ parte: docemus
Nos genus humanum: donec iuſtiſſima tellus
Id feret: & ſolito diuorum munere paſcet:
Si mereor: ſi iuſta peto: ſi parua paratu:
Sint: mõ quos memini: teſtes: ſint deniq; reges
Et qui non fidi iactantur turbine ponti.
❡ Hactenus ingeniis hõim comperta ſecundo
Sidere monſtraui: ſeu ſint tibi corpora curæ:
Siue animi: qđ maius opus: ſeu cætera quæras
Rebus in externis: & q̃ ſint magna: relinquẽs
Quæ minimos hõis ſtudium produxit in uſus
Ex quibus allatis plane Pater optime conſtat:
Poſſe hõies cunctos ſapiẽter credere: Nullos
Mortales ſuperum iuſſis ſubiiſſe labores:
Vt patet hac uita: quos non induſtria tandem
Abſtulerit: ſummaq; dei bonitate leuarit:
Cunq; nihil deſit (modo ſit prudentia) noſtris
Vſibus: in cunctis: præter memorata marinis
Fluctibus: & dãnis: totus quibus æſtuat orbis:

Hæc etiam uiſenda uolent: quicūq; deorum
Confidunt pietate ſatis: ſtimuliſq; mouentur:
Quos genus humanū patitur: dicentq; uideri
Eſſeq; non hominis contraria uiribus: unum
Illud ne tacite: ac plane fateantur: in undis
Non penitus promiſſa dei conſtare: negantes
Quæ fero: cū pedibus noſtris ſubiecerit olim
Et mare quicq̄d habet: quicq̄d latiſſima tellus
Educat: & uarios hominum partitur in uſus.
¶ Nec q̄d pro tantis uideor depoſcere rebus
(Cū minus excedam priuati cōmoda iuris)
Italiæ terrebit opes: regumq; uiriles:
Munificoſq; animos: quoꝝ ſapientia nouit
Quid patriæ quiuis: mundo teneatur: ab illo
Edoctus: ſuperas qui nos inuitat ad arces:
Et fragiles contempſit opes: mortemq; ſubire
Suſtinuit duram: cunctis quo limina uitæ
Panderet: & membris iūctos ſup aſtra locaret.
¶ Hæc ita cū ſe hēant: ſi te duce: uiderit orbis:
Terrarum quæ inuenta fero: non Itala tantū
Tellus: quæ gemino ferme eſt circūdata pōto:
Sed genus omne hōim (degant ubicūq;) fruetᷣ
Talibus æternum compertis arte per æuum.
Seruabis pelago gazas: Seruabis & illo
Innumeros populos: ſeruabis deniq; egentes:
Quæ mare fer terras pedibus uectāda per oēs.

Motibus eſt terras limes mõſtratus in omnes.
¶ Phœnices primi monſtrarunt ſidera. uentos
Aeolus: & mediis naues conſiſtere in undis
Eſt anacharſis opus: cuius ſudore peracta
Ancora præualido refrenat dente citatos
Flamine: uel remis immenſo gurgite motus
¶ Rebus in externis ſat erũt mõſtrata: relictis
Quæ cernis minimos hõim cõperta per uſus:
Parta quibus fortaſſe quies: quæcũq; requirat
Mens hõis: cupienſue petat: niſi pauca relatu
Aequoreis ſint dãna uadis: ſed maxima: quoꝝ
Pondere flet mundus: ſemꝑ ſuſpirat ab imis
Pectoribus: duræq; dolet diſpendia ſortis.
Horrida ſeuit hyems pelago: cœloq;: mariq;
Vexantur miſeri nautæ: nec murmura ponti
Feruentis ſufferre ualent: nec littora adire
Perfida nauigiis audent: quis caſus in illis
Fluctibus eſt miſeris? deſperãt turbine portus
Quos raros natura dedit: quis credere tute
Se ualeant: fidaq; ſatis ſtatione quieſcant.
Mors p̃mit hinc uicina nimis: ſubeũtq; relictæ
Coniugis: & miſeræ nanti diſpendia prolis:
Cætera quis neſcit? quorũ grauitate moueri
Saxea corda putem: duroq; adamante coacta
Pectora tam ſæuis etiam molleſcere cauſis.
¶ Eſt aliud: qđ torquet item: ſi forte ſub undis

Vlla iacent: fundumq; premunt ſūmerſa furēti
Aequore: non hōi ſpes eſt iniecta uidendi
Perdita: uel ſæuo tollendi tecta profundo.
Aeſtibus & rimis quotiens uexata fatiſcit
Nauis: & has nequeūt intus deprēdere: cūctis
Eſſe foris natura negat: cum morte miſella
Vita reluctatur: quæ nanti proxima: duræ
Conditionis onus: ſuperos qua ſæpe moueri:
Vt referunt conſtat: uiſis funalibus: atris
Noctibus: & claris ſolantes pectora flammis.
Hæc ſunt: quæ miſeros angūt diſpēdia nautas
Humanumq; genus: per quod diſpergitur ipſa
Merces: quæ uariis ſemper potatur ab oris:
Quæ mala quid cōtra demū mea cura peregit
Accipe Sancte Pater: necnō qcunq; tenetis
Imperium terreſtre manu. non uana uidere
Contingent comperta tibi: uobiſq;: ſalutem
Sed ratibus: pariter ſeruato remige: certam.
¶ Si quos cura mouet fabricādi littore portus
Vel pedibus doceo: ſub aqua: conſiſtere firmis
Poſſe hōies: grandeſq; manu tractare ligones:
Quicqd & ad terræ colende pertinet uſus:
Saxorumue etiam moles: quibus ordine iūctis
Præſtetur laſſis ſtatio bene fida carinis.
¶ Si mare qd forſan ſūmerſum ſeruat: harenis
Mobilibus nondum tectum: luciſq; pateſcat

Splendor: & in fundum deſcēdat lucidus imū:
Tolli poſſe damus. Nauis ſi forte fatiſcat
Debilis: atq; intro penetrantes ſentiat undas:
Poſſe foris quocunq; loco cōſiſtere nautas
Mōſtramus: terebraſq; ſimul: clauoſq; tenaces
Malleolos: ſtuppaſq; etiam tractare madentes
Sumptibus & noſtris: nr̄o quoq; corpe: rebus
Non minus exactis uideor q̄ forte locutus:
Sit modo pax trāquilla mari: nec ſeuiat unda
Aeſtibus: & placidi ludant per littora fluctus:
Quodq; petā expoſitū pateat: loculoq; fideli
Credatur: dum facta fides: rebuſq; probentur
Hæc mea perpetuos mūdo mãſura per annos:
Quæ non dura adeo quiſq̄ ſibi credat: ut illa
Ingenio non danda uelit: ſed cætera ſummus
Cum deus humanis mōſtrarit mentibus: unū
Non putet hoc hōis curæ ſtatuiſſe negādum:
Ne ſuperum bonitate parum confidere: tantis
Significet rebus: quantas rex nautica duræ
Sortis adhuc ſæuo queritur ſentire profundo:
Neue uoluptati multum tribuiſſe: ſaluti
Hæc hōim & ſuperos ſolum renuiſſe uideri.
Nec feret hoc ægre quiſq̄: ꝙ præmia facti
Deponi petimus. cum nos deponere maius
His aliquid pateat. uitæ cum munere noſtræ
Promiſſi monſtremus opus. qua carius undis

Nil tagus inuectat: nihil & pactolus: & hemus
Nil & hidaſpæis homines ſcrutantur harenis.
¶ Polliciti tibi forma mei ſat nota: petitum
Q uale ſit: aut q̃tū: magni ſi dogma Catonis
Conſulitur: trutina pendendum dicet utrunq;
Aequariq; uolet promptæ mea præmia merci
Sed quis Arithmeticus: cuius prudentia: uires
Ingenii cuius poterunt: rationibus apte
Subductis: monſtrare modū ? qui talia curet:
Is cœli ſtellas: nemorum cognoſcere frondes:
Littoris æquorei numero tentabit harenas.
Non ſedet hoc animo: priuati iuris honores
Priuate mihi ſūma dom⁹ ſatis ampla nec ultra
Q uā ciuis priuata manus perſoluere poſſet
Italiæ dn̄os poſco: primoſq; potentes
Imperio: quorū numero Pater optime primus
Diceris: Apuliæ celebris Rex almæ ſecundus
Tertius adriacæ dominator maximus undæ
Dux Venetū. quart⁹ liguꝝ regnator: & ingēs
Vrbs Genuæ quinta es. Pollens florētia ſexta
Nummoꝝ ex auro petimus te millia centum:
Hoſq; ſimul: præcium nauis mediocris: & arte
Q uæ fuerit ſeruata mea: cum mille diebus
Continuis fortaſſe mari mergantur: ab ortu
Solis ad occaſus: defectu muneris huius:
Q d̄ damus: & pp̄los: duce te ꝓhibemus in oēs

Defendes portu claſſes: Tutaberis alto
Sæpe fatiſcentes: Siquid fortaſſe furenti
Aequore ſit merſum: liqdis ſeu uiuat in undis:
Omnia iuris erunt hominũ: uereq; fateri
Tunc poterũt: cœlũ: terras: maria oĩa propter
Se a ſuperũ fabricata manu: pedibuſue ſubeſſe
Cuncta ſuis: ualeant ſummi cũ ſidera cœli
Ingenio nouiſſe ſuo. per numina: cunq;
Telluris domini plane uideantur: & ipſum
Aequor ad inuentas a bs te peruenerit artes:
Præterea quondam uoluit ſi Roma triũphos
Deberi ducibus: geſtis bene rebus: & hoſte
Sub iuga perducto Romani nominis: uni
Quos tibi frenati decernet gratia ponti?
Qui totiens italas claſſes: mundiq; per undas
Diſiicit: & penitus laſſas in littore frangit?
Non quos: Teutonicis ſupatis hoſtibus: olim
Duxit ad hos colles Marius: nõ pontica q̃les
Pompeio peperit tellus: non rege ſubacto
Perſa Tarpeias quos paulus uexit ad aras:
Vnde hõim pars læta fuit: Pars maxĩa triſtis
Cladibus: & patriæ damnis confuſa ruinæ:
Sed quibus: ex omni terræ regione: ſerenis
Mentibus aſpirent reges: populiq; frequentes
Corpore ſi nequeant: cum tollas altius albos
Victor honoratus Tarpeia ſede iugales:

Inq; locos: ubi ſponte dari ſua præmia laudi
Conſtat: & æternos merito uirtutis honores.

DIXI:.

Roma tuo Regi porrexit fœmina libros
Vnde ſalus populo ſæpe petenda foret.
Obſtitit oblatis precium: pars maxima flãmis
Eſt data. pro reliquis prima petita tulit.
Obſtat par ratio promiſſis carmine noſtro.
Roma dedit pœnas: Orbis ubiq; dabis

Argirios opus hoc Eucharius arte magiſtra
Impreſſit: ſumma perlege lector ope.

❡Allaturus in medium rem magnam: inpri-
miſq; in rebus maritimis utilem ac neceſſariã:
cæterũ a uulgi opinione ac fide alienam: Bar-
tolus Lucanus exemplis hac oratione oſtendit
hõies a ſummo omniũ Creatore ex delitiaruꝫ
paradiſo in nullas moleſtias eſſe eiectos: ſiue
corporis: ſiue animi: externarũq; rerum ratio-
nem habeamꝰ. quas induſtria uirtuteq; genus
humanum non ualuerit ſuperare. Quo iacto
fundamento concludit ſapientis eſſe beneq; de
ſumma dei bonitate ſentientis iudicare quod
pollicetur eſſe poſſibile: ne: cũ nihil quod uſui
hominum eſſet neceſſarium in reliquis huma-
næ induſtriæ denegauerit: hoc uno defuiſſe ui
deatur:.

XVI. 6. 20/4.
273.

¶ SEDENTE INNOCENTIO·VIII· PONT·max· Frederico · iii · Imp· Suadente ab franciſco appellato patauo iuriſconſ· atq; aduocato Conſiſtoriali & paupe rum equite & comite oratore habita die ·xii·k̄l·nō· de cēbris āno ſalutis M·cccc·lxxx iiii·publico cōſiſtorio·

I quam dicendi facultatē: Si quod humanū inge niū poſſe ſatis exequi laudes diui Leopoldi exiſti marē·P · S· Reuerēdiſſimi domini·Nō ego apud uos adeo auderē:ut uiri tāti uirtutes exiguis dicēdi uiribus uellē attingere:Et debilis in re tāti ponderis inexercita/ tuſq; athleta certamē hoc inire peraduū·Sed quoniam nemo tā eloquēs:tam felici ingenio preditus eſt: ut ei9 magnitudini uirtutū orationē eq̄re ualeat·Imo cuiuſuis diſertiſſimoꝝ eloquētia: ſtudiū: opa: facultas: ingeni um: lōge ſup:rat & deficit· Cū uel cogitare: uel exꝑ/ mere uerbis conatur · q̄tum moribus: q̄tū deniq; tota uita claruerit·Hinc ego & ſi in hoc mihi inuſitato gene re dicēdi paꝝ uehemēs orator uidear:tamen ꝓ mea tū in eū ipſum pietate: tū in uniuerſam xp̄iani ritus reli gionē obſeruātia dicēdū uel id mihi prouiribus cēſeo Neq; ·n· id alienū ſiue officiū ſiue p̄ociniū a quolibet puto homine xp̄iano:Quando oēs debiliores ſunt: q̄ ut de tanta re ſatis dicere queāt· Accedo igit̄ ad ueſtrū uenerandū & plane diuinū cōſpectū: ueſtra utor libe/ rius dignitate fretus uidelicet pietatis quo fūgor officio Certuſq; apō uos plus ualere loquētis animū in cauſa pia honeſta religioſa ſancta q̄ orationis copiam & or/ namēta uacua negocio reꝝ et auctoritate· Et ſi māſue/ tudo ſāctitatꝭ ure ſepenumero mihi pias humanaſq; cāſ & ꝓ paupibus poranti faciles porrexit aures: quanto faciliores in p̄ſentia ſperare poſſum illas mihi porrigi: Cum hic de religione de uera: de ſancta rep· de fide

agatur catholica : dum uirum inſignem pietate lauda/
mus : eumqꝫ ipſum referendum in ſanctorum numero
ducimus · Leopoldum dico : quem ſolum in terris de
us ipſe immortalis nobis precipuo exemplo conſtituit
Alius nanqꝫ ad beatam uitam liberius euexit ſolitudo
atqꝫ ab humanis negociis ſeparatio : remotaqꝫ uita &
a ſeculi curis penitus expedita · Vnum hunc inter pau/
ciſſimos mortales humanis implicitũ rebus humana
cõtempſiſſe & inter ipſarum humanaꝝ rerum impedi/
menta ſemper diuinis inheſiſſe conſtat · Rarum profe
cto & memorabile Sanctitatis exemplum : qui dum
in cetu uixerit humanarum minime curarum expers :
Inter diuina adeo ſit uerſatus : ꝙ non niſi arbitradum
ſit ipſum celeſtem gloriam conſecutum · Et cũ hic ma
xime ſtatꝰ ea uite cõdicio diſtrahere ſoleat : in eo potiſ
ſimum ſanctitas queſita & inuenta ſit · Nam & ſi pluri/
ma ſit dignum laude tamẽ perdifficile maiores noſtri
iudicarunt in magna uidelicet peccandi licentia iuſte
uixiſſe · Accedit & rei uxorie & liberoꝝ cura · Qđ
quidem (ut cum apoſtolo dicam) a celeſtium cogita/
tione maxime diuidit · Aggredior igitur his munitus p̄
ſidiis redemptoris impolrato numine ſine quo nihil in
cipere fas eſt : Vitam beati Leopoldi ab omnibus pla/
ne imitandã ac eius probatiſſimos mores : frequen/
tiſſimã deinde miraculorum multitudinem explicatu/
rus · Vt in actis conſtat ſuper ea re de cuius agitur cano
nizatione productis Coram reuerendiſſimis in chri/
ſto patribus Rodorico portuenſi epiſcopo ſancte Ro/
mane eccleſie uicecancellario · Marco epiſcopo prene/
ſtino · Franciſco ſancti Euſtachii diacono Cardinali ad
talia obeunda deputatis · In quorum enarracione cõ/
penſata rerum magnitudine cum tempore quo illa re/

cenſebo paucis me percurriſſe uos iudicaturos non du
bito · Illud inprimis rerum natura uel lata lege fixit :
ut a robore robur generetur : ab aquila ſimilis auis : &
a forti ac conſtanti idem naſcatur : & contra nil exiſti/
mamus fieri poſſe · Leopoldus Cognomento pius pa/
tre Leopoldo Marchione auſtrie natus eſt familia
utriuſq; parentis illuſtri : & tota diuini cultus : & in
qua duo precipue claruere Religio & populorum re
gimen · Cui omnia pietatis munera adiunxit & in eo
tenore perſeuerauit : ut animi moderatione & miſe/
ricordia reliquos ante iret : Maioreſq; ſuos orthodo/
xos tanto antecelluit : quanto pii cognomen quo leo·
meruit inſigniri ceteris preſtat · Leopoldus enim pius
ubiq; inſcribitur hocq; ei cognomen uiuenti inditum
eſt : quod poſt trecentos & quinquaginta fere an/
nos : quibus in domino quieuit : adhuc inconcuſſum
inextinctumq; manet : & eternum ſeruat per ſecula no
men Hic ab infantia nõ ſe deliciis aut uoluptatibus
quibus etas illa permaxime irretiri ſolet : neq; iis que
omnes faciunt pueri ſe accommodauit : aut aliqua ex/
parte corrupit inter regios luxus opeſq; innumeras · ab
omnibus enim huiuſmodi ſe abdicauit Et quod iam
dei nutu fas eſt credi : inter tot rerum omnium delici/
as Sobrium continentem abſtemium & in carne quod
ammodo uiuentem preter carnem cerneres : Et eo uſq;
ut qui illius temporis res geſtas & huius incorrupti ui/
ri uitam conſcribunt (qui quidem plurimi ſunt digniſ
ſimi ſcriptores )unum hunc pleno commendant ore
admirantur extollunt ſolumq; adoleſcentem dicunt
earum rerum expertem quas fert adolſcencia·
Huic non equi non Canes precipuum fuere ſtudium :

276

ſed diuina eloq̄a uereq̄ȝ fidei cultus aſſiduus cognicōq̄ȝ ſtudioſiſſima placuere · Sepius ·n· ſacros codices intē tū erat uidere Nec a diuinaꝝ rerū contemplacione ſeu operatione uacuū inuenire facile fuiſſet · Genitore uita functo Regni habenis hereditario iure ſuſceptis populos natura feroces ea moderatione animi gubernauit: ut eis nō ꝑeſſe ſed ꝓdeſſe curaret Et ſe rectorē & exemplū ad bene beateq̄ȝ uiuēdū ſubditis ꝑberet · Quippe q̄ nō eoꝝ opib9 (ut nōnullis regnātiū mos erat) inhia/ret: ſed populū ſibi a deo cōmiſſum recte quiete ſcē ac eq̄ lance cōſeruare ſtuderet: Horūq̄ȝ aīas una cū ſua in/noxias mūdas & deo gratas reddere bonos ꝓpoſitis premiis meliores efficere ſūmiſq̄ȝ honoribus afficere gauderet · In iure erga ſontes adminiſtrādo ita ſe habuit: ut nūq̄ miſericordie fuerit immemor iuxta illud · nolo mortē peccatoris: ſed ut magis cōuertatur & uiuat · Ita ut cū ſcelera coherceret a tormētis aut cede ſemp abſtineret: ut uerus imitator ſaluatoris haberet̄ · Vxor ei pari ſanctitate ac moribus deoq̄ȝ Max· ita iubēte āno M· cvi· oblata Agnes impatoris filia pudicitia inſignis & q̄ uiro ſpōte ad bona opa ꝓperāti calcaria ſubderet Et quod ꝑcipuū munus mulieꝝ dicit iuris cōſultus fe/cūdiſſima · liberos duo de uigīti enixa ē ita q̄d ex ipā fecūditate intelligi poteſt: ueꝝ dei cultū quo uir & uxor ducebāt̄: ipſis uiuētibus hec beatitudinis pignora non denegaſſe: ut illud uere teſtari poſſit · Vxor mea ſicut ui/tis habūdans in lateribus domus mee: filii mei ſicut nouelle oliuaꝝ in circuitu menſe mee: Ecce ſic benedicet̄ homo q̄ timet dominū · Inerat ·n· illi fecūditati iuncta continētia q̄dā: & ita q̄ ut diceret Hieronimus nō uo/luptatis impetu nec preceps adipius ferebat̄ affectum · Quoniā qui de genitura ſunt auctores: illud inprimis adſtringunt: ut longū post interuallū & cum Sobrieta

te fiat commixtio : Alias quo ad impotentiam aliter ſe
copulantes ebriis decrepitis & infantibus eos compa/
rari non eſt dubium Auicenna teſte & aliis auctoribꝰ
medice artis . Quo fit ut cum hic Leopoldus ſuū uas
iuxta dictum apoſtoli cum omni ſanctitate cuſtodiret
non uoluptatis ſed procreande ſobolis gratia & non ali
ter congrediebatur uxori : Hii ergo ſic ſanctiſſimo co
pulati matrimonio mira cum eſſent ambo prediti bo/
nitate ambo in redemptorē noſtrum pientiſſimi : nilqꝫ
indies cogitarent niſi quo maxime pacto placere ac
ſummo deo gratificari poſſent : Concordes animi &
uno ſpiritu arbitrati rem gratam altiſſimo fore : ſi quā
ere proprio ſacram conſtruerent edem : cui queqꝫ cō/
moda & miniſteria preſto eſſent : beate Marie templū
condere : in eoqꝫ ſancte & approbate religionis uiros
collocare decreuerunt : Quorum precibus beata dei
genitrice intercedente ſalutis eorum eterne felicitas im
petraretur . Et cum de loco edis conſtruende cogitarēt
miraculo datum eſt (ut in urbe Roma de niue ſcribi/
tur ) diuina quaſi uoluntate uentus coortus flammeo/
lum Agnetis capite leuiter ſub latum procul ab oculis
in remota detulit loca . Quod nono poſt anno cum re
laxandi animi gratia uir dei deambularet oculoſqꝫ ad
uepres uerteret cōſpectū ſup̱ fructice illeſum & inui/
olatum letabundus accepit : deinde uelut deo iuben
te edificatum templum eſt beate Marie uirgini di/
catum : Conſpicuum & opulentum ſitum in ripa da
nubii octauo a uienna lapide : duratqꝫ aduc nouum
clauſtri burgum cognominatum . Sed cum eius tē/
pli fundamenta iacienda eſſent : proceres & magna/
tes qui cū eo aderant illud monebant : ut ipſe primū
in fundamentis poneret lapidem . Verum ipſe ſtudi/
oſus humilitatis eorum inanes monitis ſubridens ſa

cerdotem id eſſe muneris perſeueranter affirmauit.
Nimirum accerſitus otho loci eius prepoſitus primus
lapidem iecit poſt alii ſubſecuti ſunt. Finito operi do
tem dedit priuilegio ſanxit: ibiqꝫ Canonicos quos
ſeculares uocant ſacris preeſſe uoluit. Vbi cum negli
gẽtius miniſtrarent Canonicos regulares beati Augu/
ſtini ſanctimonia uite preditos & fidelibus gratos:
qui adbuc preſunt ſubſtituit: Conuocatis prius ad id
opus Conrado Saltzburgẽſi tunc Epiſcopo raimario
Epiſcopo patauienſi & Romano curcenſi Epiſcopo
aliiſqꝫ non ſpernendis conſultoribus deinde ut fortius
omnia tenerentur ab Innocentio ſecundo pontifice ma
ximo ſine cuius auctoritate omnia irrita exiſtimamus
Leopoldo per nuncium poſcente confirmata ſunt.
Extant pontificis illius littere quibus ob preclarũ hoc
facinus Leopoldi bonitatem ac fidem commendans
etiam beati petri filium reuerenter ac religioſe appel/
lauit. Extat pontificale priuilegium: quo canonibus
multe conceduntur immunitates. Eugenius etiam ter
tius pontifex maximus Viterbii. & urbanus quartus
Succeſſor Verone litteris appoſtolicis priuilegiis ac
monumentis pro confirmatis & bene geſtis rebus pro
Leopoldi meritis poſt eius obitum habuere. Ita &
Innocentius ſextus cum referre Leopoldum ob ſingu/
lariſſima eius in deum benemerita in numerum San/
ctorum decreuiſſet. & iã ſuper ea re legatos in Germa/
niam miſiſſet increſcentibus bellis efficere quod ue/
hementer optabat non potuit: uel ut ueriſimile fit pul/
lulante etiam boemica hereſi coactus ab incepto de/
ſtitit. Is enim patria leuionenſis inter maximos utri/

uſq̧ iuriſconſultos aduocatus celeberrimus fuit & cu/
ius uirtute eccleſie patrimonium recuperatum eſt me/
dio Egidio Cardinali hiſpano: Cuius opera & inge/
nio quam plura preclara facinora tempore ſuo pera/
cta fuerunt· Sed ad rem redeo· Alterum monaſteri/
um ordinis Sancti Bernardi edificauit ſub titulo ſalu/
tifere crucis in ualle nemoroſa xii· a Vienna lapide·
In quo quam plurimi monachi & miniſtri habunde
aluntur· Inſtaurauit a maioribus ſuis ante conditum
ſed relictum ui atq̧ hoſtili metu procul ab actis & de/
letis hoſtium ſuiribus atq̧ incurſionibus ampliori e/
tiam fructu dotauit· Hec Leopoldus Beatiſſime pa/
ter inter tot regni occupationes ad theſauri celeſtis re/
conditoria uiuens poſuit: hanc ſibi uoluntatem dele/
git: his ueris delitiis uſus eſt: hoc ſibi ad futuram ui/
tam iter aperuit: & in tam laudabili beneuiuendi te/
nore & tam preclaris monumentis M· c· xxxvi· ſalu/
tis anno orbe ceſſit celoſq̧ migrauit· Poſt cuius obi
tum Idem Innocentius ſecundus pontifex maximus
non unis litteris paterna ut decet caritate tanti uiri uxo
rem & filios honeſtauit: Et collato eodem Leopol/
do benedictionis ac abſolutionis munere non exigu/
is laudibus ipſius ſanctitatem proſequutus eſt· Ac/
ceſſit hoc amplum teſtimonium atq̧ pro dignitate ui/
carii omnipotentis dei predeceſſoris tui ad augendum
Leopoldi gloriam & ſanctitatem· Poſcebant id inſi/
gnia eius merita poſcebant id cure labores & uigilie
omni tempore pro in corrupte religionis metu· Non
enim aliter eſſe potuiſſet de tam integro & conſumato
erga deū uiro· Nō īdiget ꝓfcō laudatore atq̧ enarratorē

geſtarum rerū is qui ita ſe geſſit ut opera ab ſe palam
edita multis locis teſtimonio ſunt · & cuius uite rumor
in exemplar uenerit · Refero uera Pater S· non uana
loquor non utor carmine ficto · adſunt enim preclara
& non uulgaria monumenta· & ſic res ipſa fidem uer/
bis preſtat · Singulare monumentum Regūberti de
probatiſſima Leo· uita de ſanctiſſimis moribus extat ·
necnō in cenobio Clauſtripurgenſis uetuſtus inſpicitur
codex in quo Leopoldorum familia ſumma cum ue/
neratione & precipue preſentis Leopoldi natalis dies
tenorq; uite legitur · Et monaſterio nouimontis altero
Martini codice predicatorum ordinis per temporum
digeſtionem confecto plurima de Leopoldo comme/
morantur · Idem teſtatur andreas annalium chriſtiano
rum conditor · Sic & in alio Codice monaſterii noui
burgēſis Heroico exametro & carmine dactilico mul
ta huiuſmodi referuntur · Sic & incenobio celinenſi Ci
ſterciēſis ordinis liber ſeruat̃: in q° miracľa iſtius incliti
uiri leguntur · Idem non preterit honorius nō uulgaris
auctor in monumentis monaſterii celle Marie · Quid
referam de libro temporum quem de rebus Auſtrie
Haſelpach theologus non mediocris digeſſit ! Quid
de uetuſto codice nuperrime reperto in biblioteca po
ſonienſis prepoſiti : cuius locupletiſſimus teſtis accedit
R· dominus cardinalis ſancti Marci cui cum tempo/
re Xiſti predeceſſoris Sāctitatis ueſtre legatus pānoniis
preſideret Leo· uitam eiuſq; mores integerrimos in ſpi
ciendi cura demandata eſt · Quid de pii ſecundi pre/
deceſſoris etiam S· u· ſumme doctrine ueri hiſtoriarū
auctoris & uetuſtarum rerum indagatoris acerrimi hi
ſtoria de principibus Auſtrie eo ueriore quo ab homi
ne ultīe dignitatis & pene in terris diuine conſcripta di
cam ! Multa ille equidem de eodem Leopoldo grauiter

ornate & accumulatiſſime ut ſui moris erat conſcripſit·
Iam habes beatiſſime pater de uita Leopoldi moribus
ac ſanctiſſimis inſtitutis & gubernandi ſuos probatiſſi
ma ratione : que non ſine magna laude uiuens exegit·
Et quanti pontifices predeceſſores tui eum fecerint In/
nocentius maxime ſecundus qui munere benedictio/
nis & abſolutionis poſt mortem condonato talia tanta
tam preclara ſanctitatem omnia ſpectantia de eo predi
cauit exempla : quibus non ſolum perſuadere nobis
poſſumus imo credere cogamur Innocentiū ſecundū
non niſi pro ſancto Leopoldū habuiſſe· Reſtat ut ſacra
tiſſime uite poſt iam memorata non leue teſtimonium
adducam · Magna quidem res eſt : que ſolum in catha
logum ſanctorum ſcribere compellit · Animaduerte
obſecro Pater ſancte· hec enim ſilentio pretereunda
non ſunt : cum ·ſ· incitamentum ſint ceteris ad bene be
ateqꝫ uiuendum · Labor enim faſtidium afferre non
debet quando laudabile & certum expectatur premiū
Maius eterna gloria dari non poteſt : & quidem rebus
ſupernaturalibus ſe aſſerit · De miraculis loquor & pre
cipue Leopoldi ut annalibus Germanorum late & co/
pioſe narratur · Referre non piget ut que illic latent :
nobis apta & uelut ante oculos poſita conſpici & intue/
ri poſſint · Et in eorum monumentis ſeruata hec legun
tur ·

Mulier quedam Carinthia immundo uexata ſpiritu
Leopoldi ope liberatur · Puer mutus nouem annis
ex herʒogemburga uocalis fit · Alius captus mani/
bus & pedibus conualuit ·

Preſbiter herbipolenſis cecus relictis tenebris diem ui
dit· Virgo icta fulmine reuixit · Altera lapil/
lo obcecata Leopoldi tumulo porrectis precibus recu
perat uiſum· Puer chiragra laborans & officio ma

nuum penitus carens eiuſdem ope ſalutem recipit.
Sic & mulier podagra uno pede & alter duobus eiuſdē
ope liberi fiunt.
Eques qdā gutture tumefacto oſſibꝰ creſcētibꝰ ita eiꝰ
miracl'o liberatꝰ:ut ſine cicatrice uł alio ſigno liber factꝰ
fuerit. Alia mulier ere alieno grauis cū a creditoribus
uehemētiſſime urgeret deſtituta ſoluendi ſpe Leopoldi
tumulum adiit ibiqꝫ non ſine magno dolore ingemuit
numini ſe commendans. Audite fuerūt preces & uox
auribus quieſcētis intonuit ut domum repeteret & ſcri
neum aperiret: quo inuentura erat ſatiſfactionis debi/
ti cedulas: quod ubi inuenit domos creditorum qui
& chriſtiani & iudei erant petiit: ut cartas obligationis
redderent. qui reſponderunt ſe dediſſe cuidam ueſti/
bus celeſtinis induto & qui debita ſoluerit Tūc ſtatim
exhilarata mulier apertiſſime intellexit Leopoldū fuiſ/
ſe a quo mortales plurima miraculorum beneficia &
aſſidue accipiunt. Sed longe maiora multoqꝫ preclari
ora feciſſe conſtat Leopoldum que omnia litterarum
monumentis mandata tnuc interiere: cum monaſte/
rium nouumburge incendio conflagrauit Circa quoꝝ
ſolennia & ſi complura in mediū adduci poſſint loco
& rei quam ſum explicaturus forte non inconueniētia
potiſſimum in his que ad fidem ad grauitatem ad con
ſtantiam ad concordiam teſtium ſpectant: cum ſint
accurate diligenterqꝫ diſcuſſa ab iis q̄ ſumme rei preſu
erunt ꝓ prepoſitis conſulto preterire ſtatui. In his & .n.
adſunt Leopoldi miracula nō a leuibus mulierculis nō
a ſenibus deliris non a corruptis non ab inconſtantibꝰ
ſed ab hominibus fama & integritate preditis non gra
tia non amore non prece non precio non ui non metu
nec deniqꝫ ulla ſpe pro ueris comprobata Accedit ad
hec teſtium multitudo in unum idemqꝫ conſentiens:

.que uulgata fama Leopoldi mores fidem iuſtitiam re/
ligionem pietatem conſtantiam integritatem ſanctimo
niam uite teſtantur habunde. Que cum ita ſint abſq;
predictorum in ſingulis repetitione ad enarrationem
deueniam miraculorum Ex quibus ſanctitas hominis
facillime percipi poteſt. Et cum illa recentiſſima ſint
& que noſtra uidit etas centum & nonaginta miracu/
lis corroborata R. domino S. Marci tunc ut ſupra le/
gato paucis abſoluam preclariora dumtaxat explicans
Reliquorum numerum in medium afferens: nec ea
penitus exhauriã: ſed deguſtantis more percurrã.
Agnes uxor Ioannis auſmã annos nata ſexaginta quin
tus teſtis ab infantia poſt quartumdecimum diem im/
menſo capitis dolore tribus diebus excrutiata medico
rum & omni humana ſpe deſtituta precibus emiſſis
nuncupato ad Leopoldum uoto ſoluto libera fit: & ſta
tim ac ſi nũquam illa aduerſa laboraſſet ualitudine nec
amplius tali morbo affecta eſt. Hoc teſtatur ipſa ſuper
xix. articulo. ꝙ poſt mortem Leopoldi uariis claruit
miraculis. Exiſtimans id alio modo accidere non po/
tuiſſe. Et hoc anno M. cccclxvi. circa penteco ſten.
Alia mulier quadrageſimuſoctauus teſtis ingenti capi
tis dolore uexata & cui iam portio ſiniſtre partis oris
maxima cum deformitate defecerat: quatuor menſi/
bus deſtituta ſpe medicorum nuncupato uoto conuale
ſcere cepit: ſoluto libera fit. Hoc teſtatur & ipſa eo/
dẽ anno. Volfgangus patauieñ .lxxvi. teſtis dolore dẽ
tiũ .xx. ãnis affectus ita qꝺ ſingulis ãnis qñq; .xx. cõti/
nuos dies nõ ſine magno gemitu p̄teriret audita fama
Leo. uoto emiſſo ſtatim liberat᷑: nec unquã ãplius tali
morbo laborauit. Et h° ãno lxvii. in die cinerꝫ q̄ die in
creſcẽte dolore cõpleto uoto ſanum ſe uidit. Valẽtin9
patauieñ dio. teſtis cxxii. ãnis duob9 laborãs ĩgẽti capi

tis dolore & cũ ſeptem ebdomatibus ſomno caruiſſet
adhibitis quibuſcunq; & non ſine ĩpenſa medicis chri
ſtianis & hebreis quos adire potuit tandem precibus
porrectis ad Leopoldum liber fit. Hoc teſtatur ipſe
in medium adducens q̃ plures conteſtes affirmans
nullo modo ſe liberari aliter potuiſſe. Et hoc anno ſexa
geſimooctauo circa reſurectionem.

Volfgangus patauienſis lxxvi. teſtis infantem filiũ qua
tuordecim diebus laborantem dolore tumefactionis
inguinum & ruptura indies langore excreſcente uo/
to nuncupato ſtatim liberum uidit circa natiuitatem
domini anno ſexageſimooctauo Sic deponit ipſe ad/
dens ſe non manifeſtantem citatũ ad hoc a commiſſa/
riis puerum uidiſſe flentem & ſe torquentem dolore
uehementiſſimo perſuadenſq; ſibi hec accidiſſe ꝙ non
manifeſtaſſet Commiſſariis retulit. domum deinde re
diens letum ac ridentem puerum uidit.

Alius dimidio anno paſſus rupturam a die natiuitatis
(quod indicium eſt morbi incurabilis) mater decur/
rens ad bene merita Leopoldi ſanum puerum uidit.
Hoc teſtatᷣ eodẽ ãno mater fuiſſe: conteſtem habet unũ

Anna uxor ſtephani puerum habens annorum ſeptẽ
in quartum menſem ſue natiuitatis fractura inguinum
laborantem quatuor uero menſibus excreſcente dolore
itaq; niger quandoq; ut mortuus uidebatur: Nuncupa
to uoto in die ſimonis & iude anno ſexageſimonono
dum arbitraretur filium mori ſanum & ſtatim liberũ
conſpexit.

Mulier non ualens mediam acus partẽ manu ſiniſtra
extrahere uehementiſſimo dolore cruciata eodem an/
no inuocatione ſola libera fit. Hoc teſtatur & ipſa.

Eliſabeth eiuſdem dioceſis uiginti annis menſtruis pro
pe exanimata meritis Leopoldi libera fit anno ſexage/

ſimo nono.
Mulier octo annos ſanguinis fluxu excruciata exper/
tis uariis medicorum curis ad tumulum leopoldi pro/
ficiſcitur ubi ſtatim ceſſat fluxus & ab ea hora teſtatur
ipſa neſciſſe morbum illum. Duos alios ſimiliter
morbo laborantes ope Leopoldi liberatos teſtibus cō
probatur.
Magdalena Georgii patauienſis uxor grauida liiii. te/
ſtis cum ob nimium tumorem uentris ingenti dolore
uexaretur ſupuenientibus & menſtruis iam & a medi
cis & ab obſtetricib9 ſalute deſperata īplorata ope diui
Leopoldi nuncupatoq; uoto marem peperit: ſtatimq;
& tumore & dolore liberata eſt anno ſexageſimoſexto
circa natiuitatem. Hec conteſtes habet duos. Sic &
alie due in partu nimium laborantes eodem morbo li/
berantur: & felices enixe ſunt.
Eliſabeth Stephani uxor dolore Ilium excruciata iam
menſes ſex uariis medicorum remediis fruſtra exper/
tis ad Leopoldum confugiens eiuſq; numini ſe cōmen
dans: quod tam diu a medicis nequiuerat: poſt tres di
es quam ſeſe commendauerat: a diuo ſanitatem re/
cepit.
Martha patauienſis ex colico laborans iam biennii in/
teruallo manibus ita inbecillibus ac prope ſtupidis
ut earum uti miniſterio non poſſet ab eodem diuo Le
opoldo ad cuius auxilium opemq; confugerat fit inco
lumis.
Thomas patauienſis lxiiii. teſtis uir & nobilis & pru/
dens nouem mēſes manibus ac pedibus ſtupidis: quos
contractos uulgo uocant: quam neq; apud medicos
neq; apud balnea potuit. apud diuum Leopoldū me/
dicinam ſalutis inuenit anno ſexageſimo.
Mulier per ſexdecim ānos lecto decumbens manibus

pedibuſqꝫ contracta cũ nulla poſſet medela ſanari om/
ni humano auxilio deſperata ad tumulum Leopoldi
deducta illico ſoſpes euaſit.
Anna Ioannis patauienſis uxor cxv. teſtis manibus itē
pedibuſqꝫ morbo implicitis ad ſepulchrum diui Leo/
poldi delata factis precibus ſaluteqꝫ impetrata paucis
poſt diebus omnem morbum doloremqꝫ depoſuit an
no ſexageſimoſecundo. Eodem modo dorothea
Ioannis uxor ita freneſi acta ut ſuorum neminem agno
ſceret uincta manibus pedibuſqꝫ ne quid eo furore im
pulſa mali committeret ad ſepulchrum Leopoldi dela
ta quod ut faceret: in ſomnis admonita erat uoti rea fa
cta eſt. Hoc de ſe ipſa teſtatur.

Lodouica proba mulier poſt editum infantem mente
capta eſt poſtqꝫ menſes quatuor ad eiuſdem diui ſepul
chrum cum delata eſſet priſtine reſtituta eſt ſanitati.
Mulier pedibus podagra laborans nuncupato uoto cō
ualeſcere cepit: completo ſalutem recipit. Alterius ab
eodem morbo effecti xi. annos modo tribus menſibꝰ
modo ſex excrutiati lecto ſe cōtinentis emiſſo uoto ceſ
ſat dolor completo nullus fuit ita ut quid podagra eſſet
neſciret. teſtis eſt ipſe.
Vrſula quartus teſtis uidiſſe ſe olim dicebat nouem an
nos puellam natam cui nomen eſſet Eliſabeth. ita epi/
lentico affecta morbo ut decies ſepe duodecies in die
corrueret eam deinde ad ſepulchrum Leopoldi curru
euectam habitis de more precibus orationibuſqꝫ & cō
ualuiſſe: & uiro traditam pueros aliquot peperiſſe. Sex
conteſtibus hoc probat᷑ anno ſexageſimonono & ſi le/
gum auctoritate optimis rationibus ad probationem
miraculorum teſtis de ſe ipſo quis eſſe poſſit nullo etiā
conteſte adhibito.

Anna quoqꝫ mulier uxor ſtephani uicinam habere ſe
dicebat : cuius filius ſupradicto morbo cum iam per
annum laboraſſet auxilio Leopoldi ſanatus eſt. Ali/
os item ſex eodem morbo implicitos eodemqꝫ modo
ſanatos memorie proditum eſt.
Dorothea pataui enſis continua uexata febre atqꝫ hy/
dropiſi menſes quinqꝫ non ſine ingenti dolore brachii
apud ſepulchrum Leopoldi ſalutem inuenit.
Georgius patauienſis febre implicitus & iam ictericus
atqꝫ adeo pauper ut quotidiano labore indies ſibi ui/
ctū compararet ope Leopoldi liber factus eſt ꝙ uxor
Barbara prime opere mercedē diuo uouiſſet idqꝫ Ge/
orgius comprobaſſet.

Dorothea Pauli uxor febre opreſſa idqꝫ menſes octo
cum ſe ad Leopoldi ſepulchrum uoti ſuſcipiendi gra/
tia contuliſſet : primo die magna parte morbi leuata
domum rediit Poſtero die maiore uirium robore: ter/
tio nullo omnino affecta morbo omnibuſqꝫ uiribꝯ re
cuperatis uota perſoluit. Eadem poſt aliquot annos cū
in grauiſſimum morbum incidiſſet omnibꝯ membris
manca atqꝫ contracta trium menſium interuallo diui
Leopoldi numine inuocato in priſtinam rediit ſanita/
tem.
Holfringus quartana correptus cum menſes ſex tedio
morbi affectus non ſolum medicorum opem implo/
raſſet : ſed etiam ad nonnullorum diuorum numen cō
fugiſſet auxilii gratia : poſtremo a circumſtantibus ad
monitus : ut ſeſe diuo Leopoldo commendaret : uoto
nuncupato quartanam fugauit : iſqꝫ impoſterum quid
febris eſſet non amplius ſe ſciſſe affirmauit.
Michahelem idem Leopoldus non ſolum

febre ſed etiam multis aliis morbis inuocatus liberauit·
Mulier anno continua exagitata febre modo bis mo/
do ter modo quater in eam incidens ualitudiem tume
factam paraliſi eodem liberatur numine· Sic teſtatur
& ipſa· Alios ſex diuerſis febrium generibus im
plicitos a Leopoldo liberatos memorie traditur·
Mulier quedam peſtilenti morbo affecta tribus parti/
bus corporis octo dies per inediam cum duxiſſet pro
mortuaq; haberetur uiſo per ſomnium Leopoldo ſalu/
tem recepit· Alii item quinq; eodem affecti mor
bo eiuſdem diui auxilio ſe curatos eſſe teſtantur·
Adoleſcentem aqua feruenti in faciem perfuſum cui
maxima deformitas perpetuo duratura uidebatur libe
rauit Leopoldus· Quidam per belli tempora con
ſceſſa naui profecti ad cremandum monaſterium no/
uiburgenſe una cum opido· ſubita tempeſtate acti cū
iam perituros ſe intelligerent facti penitentes: inuoca/
toq; Leo· naui ad litus appulſa ſtatimq; ceſſante procel
la liberati ſunt·
Mathias furberger patauieñ dioceſis cū ad perſoluen/
dū uotū qđ pro recuperata ſalute filiole ſue beato Leo
poldo emiſerat cum uxore filiiſq; duobus & eadem fi
lia ſanitati reſtituta qui curru uehebātur ſecus danubii
ripam pergeret euerſo curru precipites equos ipſamq;
familiam per decliuium montis eo impetu ruentē ui/
dit: ut ab iis etiam qui aderant colliſa omnia eorum
menbra cum a curru tum ab ipſis equis exiſtimarētur
Ille uero qui iam ſemel in ſalute filie diui auxilium ex/
pertus fuerat: idem pro uxore totaq; familia ſaluanda
numen implorauit: uoto emiſſo in ualle quo quadriga
ruerat deſcendit ſuoſq; omnes reduces contra omnes
nature uires non niſi numinis fauore gratulabūdus am
plexus eſt·

289.

Sic Mathias ipſe ſextus teſtis & florianus famulus aſſeuerarunt. Ioannes ſcolaſticus patauienſis dioceſis annos quadraginta natus pedibus manibuſq; ligatus & cathenis equidem & ab hoſtibus unoq; pede ad currum aſtricto adeo quod non ſine ingenti dolore pedũ & carnium ruptura Decurrens ad benemerita Leopoldi liber a carceribus a gemitu & cathena fit. Iureiurando firmat hoc non niſi miraculoſe fieri potuiſſe.

Catherina uxor nicolai patauienſis lxxxxix. teſtis nõ niſi adiuta baculo ualens pedibus ſe mouere abſoluto uoto ſana abſq; aliquo preſidio domum rediit anno Septuageſimo & hoc miraculoſe fctm̃ teſtatur & ipſa conteſtem habens unum.

Ioannes Fracher patauieñ cxlii. teſtis duobus annis nõ ualẽs ambulare pede ſiniſtro laborãs nimio dolore nũcupato uoto & cõpleto ſanus fit ãno lxx. in quadrageſima. Ioannes patauieñ annos natus ſexaginta filium habens claudum a natiuitate caſu accedens ad tumulum Leopoldi precibus & lacrimis nuncupato & completo uoto ſanum uidit filium anno lxxi. Sic at teſtatur & ipſe addens hoc non niſi miraculo aſcribẽs Eliſabeth teſtis accita ad miracula Leopoldi cum rem negligeret:nec ſe iureiurando pateretur aſtringi:ſubitũ dolorem ſenſit colore amiſſo ſtatimq; penitens & diuo ſe commendans pulſo dolore ſana facta eſt. Preſbiter cum laicis quatuor ui tempeſtatis acti ab eodem diuo cuius numẽ ſupplices inuocarant periculo erepti ſunt. Item tres alii idem paſſi eodem modo liberati diuo uota perſoluerunt.

Anna patauienſis per triennium paralitica ad tumulũ profecta Leopoldi ſanatur.

Item michahelem quẽdam per triennium in lecto cubantem.

Item Matheum eodem morbo laborantem inſuper̃ &
lumine captum·cum cere imagunculam uouiſſet red/
didit incolumem· Margaretha uxor ſtephani eo
dem morbo implicita ab eodem diuo liberatur·
Lucas annos natus lx· luminibus captus idq; per ãnos
quatuor: ductus ad tumulum Leopoldi recuperato ui
ſu domum rediuit· Mulier quedam per qua
tuor ebdomadas excecata cum nulla poſſet medicorũ
ope curari uoto completo quod ad Leo· emiſerat ui/
ſum recepit· Infans pre dolore oculorum ꝑ octo
dies excecatus ſi quando aperire oculos tentabat e pal
pebris eius ſanguis exibat pluribuſq; per parentes re/
mediis fruſtra expertis tandem diui Leopoldi auxiliũ
implorãtes filii ſalutem impetrarũt· Hoc Elizabeth ma
ter teſtatur conteſtem habens unum· Pari modo Io
anni per octo dies nihil uidenti idem diuus ſanitatem
lucemq; reſtituit· Item puerum cui tuberculũ car
nis ſiniſtro oculo erat innatum deſperata ſalute ab oĩ/
bus inuocatus Leopoldum ſanauit·
Mulier quedam triennio dolore oculorum afflicta po/
ſtremo ceca facta a Leopoldo liberatur· Item xiiii·
alii diuerſis oculorum morbis afflicti ab omni penitꝰ
morbo fiunt inmunes· Stephanus puer ſeptem an
norum nec audiens nec ingrediens eodem numine in/
uocato ſanitatem recepit·
Mulier ob infirmitarem quam in ore perpeſſa fuerat ꝑ
ſex annos nullum recte ut intelligi poſſet proferens uer
bum uoto completo examuſim uocales euaſit·
Adoleſcentula per integrum annum muta ſurda & ce/
ca iacens diuo Leopoldo ſe commendans priſtine re/
ſtituta eſt ſanitati·
Alius a natali die mutus delatus ad tumulum Leopol/
di loqui incepit·

Barbara duobus menſibus muta ſurdaq̃ʒ priſtine ſaluti
a Leopoldo reſtituitur. Alium decem annos mutũ
liberauit Leopoldus. Georgius hiſter per menſem ſur
dus. Item thomas. Item duo alii a diuo Leopoldo au
ditum receperunt.
Quidam cum auditu per menſem caruiſſet:nec huma
no remedio curari ualeret ad merita decurrens Leo/
poldi uotum emiſit ſanuſq̃ʒ effectus:ſpreto uoto in eũ/
dem incidit morbum:reiterato uoto conualuit.
Ioannes ruperger Mirbergaforenſis in carcere conie/
ctus uinculis implicitus manibus pedibuſq̃ʒ inuocato
Leopoldo miro modo carcerẽ egreditur loco ita angu
ſto qua exeundum fuit:ut capax hominis non eſſet:tri
plicem murum tranſit: lacunam aque ſuperat nulla ar
te nullo humano ingenio ſuperabilem.liberatus numi
niſq̃ʒ oblitus uoto non perſoluto anno poſt in eundem
carcerem coniicitur iiſdem uinculis uincitur in quibꝰ
menſes quatuor habitus iterato quod neglexerat uoto
iterum liberatur.tanta eſt dei opt. max. clementia: ut
ne ſpretus quidem ſpernentem deſerat.
Idem Leopoldus alium in carcerem coniectum arctiſ
ſimis uinculis liberauit.
Puer paruulus decem & octo ferme menſium.cum in
ſcapham ſemiplenam aque cecidiſſet: atq̃ʒ in ea dimi
die hore ſpacio permãſiſſet pedibus celum uerſus dire
ctis a matre Barbara & petri uxore inuentus ac domũ
anne uicine relatus dum ꝓ mortuo reploraretᷣ afflicta
mater Leopoldi opem atq̃ʒ auxiliũ implorauit.Cui cũ
pro ſalute pueri imaginem ceream uouiſſet: puer con
feſtim quaſi a morte ad uitã reuocatus mouere ſe atq̃ʒ
ad matrem ſe reſpicere cepit. Deinde conſurgens ad
perſoluendum diuo uotum mater cum filio ꝓfecta eſt
Teſtis eſt barbara mater conteſtem habens unum.

Catberina filium petrum babuit duos natum annos.
Is in aduerſam incidẽs ualitudinem quatuordecim fer
me dies duxit inedia nullo neq̧ cibo neq̧ lacte guſta/
to. Itaq̧ cum eius ſalute deſperata iam que ad funus ne
ceſſaria erant pararentur: miraculorum diui Leopol/
di recordata mater eius numen inuocauit: quo facto
delatus puer ad ſepulcbrum diui & riſit & cibum ce/
pit. Alius itẽ puer annorum duorum ui ingentis mor/
bi pro mortuo deploratus inuocato a patre Ioanne uia
nenſe diui Leopoldi numine ſtatim reuixit. Eodem
modo puer alius ꝓ mortuo babitus a diuo Leopoldo
uitam recepiſſe affirmat.
Infantula quedã ob egritudinem ꝑ tres dies amiſſa loq̄
la ſemimortua decumbens: cum iam parentes breui eã
morituram crederent uoto a matre emiſſo: quod ut fa/
ceret in ſomnis fuerat ad monita quamprimum loqui
cepit ab oĩ penitus egritudine liberata. Puer grauiſſima
correptꝰ ĩfirmitate ad extremũ ita debilitatus: ut mori
crederetur: cum oblationem quandã ꝓ ſalute filii diuo
Leo. uouiſſet mater ab egritudine liber fit. matre uero
nõ offerente quod promiſerat idẽ puer iterũ in acutiſ/
ſimas incidit febres. Reiterato uoto ꝑfecteq̧ adimple/
to ꝑoptime cõualuit. Idem Leo. mulierẽ q̄dã lepra li/
berauit. Adoleſcens a ſeip̄o uulneratus inciſis ut iudi/
cabatur uenis repertꝰ in lecto mortuuſq̧ ab omnibus
ĩudicatus: cum ultra boram nullum uite ſignum in
eo appareret emiſſo a matre uoto orationibus priſtinã
adeptus eſt ualitudinẽ. boc de ſeipſo teſtatur. Conte/
ſtes ſunt parentes. Sic & alios. xiii. morituros ad pri/
ſtinam bonam ualitudinem redactos monumentis tra
ditur. Sed quid de morituris dicã: quando etiam de/
functi uita raro mirabiliq̧ dei opt. max. experimen/
to poſitis Leopoldo uotis reſtituuntur.

Eliſabeth lxxxi· teſtis ſuper xix· articulo quo q̄rit̄ q̄d
de Leo· miraculis noſcatur: ſe uidiſſe affirmat Puerū
ſup altare poſitum an̄ monumētū Leo· ubi aderat ma/
gnus gentiū tumultus nigrū & omni iudicio exanguē
exanimeq̄ & precibus porrectis a nōnullis numini ui/
uum uidiſſe· Hoc & alii ſex eiuſdem loci indigene ad/
dentes eum uidiſſe dum puteo extraheret̄ nigrum ut
ſupra & in eccleſia Et ſi diuerſis uerbis eadem tamē ſen
tentia cōfirmarūt· Teſtes in hoc depoſuerūt oī excep/
tione maiores· Puer alius trimus Volfgangus nomine
eiuſdem loci flumine lapſus ubi aderant molene ꝑqui/
ſitus inuētus eſt: Semotus a loco unde ceciderat quātū
bis emiſſa ualido arcu ſagitta ſpacii cōplet: nullo uiua
citatis in eo apparente ſigno· Mater uerſa ad Leo· bene
merita nuncupatis uotis reſtitutū pueꝝ ad primā uitā
conſpexit· Hiſtoria hec nō caret teſtibus· Nam & pu
eri parens fredericus ſup dicto articulo ſe uidiſſe teſtat̄
& interfuiſſe dum rueret multis & clericis & laicis ui/
dentibus: ꝓut ſupra & hec anno milleno quadringente
ſimoſeptuageſimo ſeptēbri mēſe· Sic & alii duo ſuper
circūſtantiis & interrogatoriis legitime reſpōderunt·
Puer ꝓ mortuo habitus cū ad ſepulchrū Beati Leo· de
latus eſſet ſubito miraculo uitam recepit· Hoc Barbara
quinq̄ginta ānos nata femina grauis teſtat̄· Alius puer
trimus Fredericus nomine cū in puteū decidiſſet ac
per horam ꝓpe mediam manſiſſet ſub aquis eductus
e puteo frigidus & niger: nullūq̄ indiciū uite toto cor
pore pre ſe ferens tandem effuſſis a matre precibus ad
omnipotentem deum beatumq̄ Leo· priſtine ſaluti re
ſtitutus eſt· Bonreuerſer uxor Ioannis & altera uxor
Laurentii Saltzburgēſis dioceſis hoc fuiſſe & uidiſſe te
ſtantur· Alius in ipſo partu per horam poſt partū
uero plus: ꝓ mortuo deploratus cum nulla iam de eo

ſpes eſſet precibus porrectis a matre ad Leopoldum:
timente furorem uiri ne crederet negligencia ſua hoc
peractum repente & ſpirare & uiuere cepit: Hoc
Dorothea uxor Guilermi patauienſis firmat. Doro
thea uxor Guilermi patauienſis dioceſis non ſine in/
genti dolore omnibbus uidentibus eam fere mortuā
& puerum peperiſſe mortuum eodem numine libera/
tur. Infans ſe mouere cepit & liber fit. Hoc mater ob/
ſtetrices due & alie conteſtant̃ uicine. Puer quidam
ſept annos natus in profluentem cadens ac per duas
ferme horas in aquis iacens nullis occurrentibus cum
ea die ludis feſtiuis fere totus populus concurreret per
quiſitus tandem haſta ſub ponte repertus eſt: extractꝰ
& ad domum portatus nullo uite ſigno apparente: cū
feretrum iam luminibus accenſis paratū eſſet: ad Leo.
per matrem uoto emiſſo: illico mortem cum uita com
mutauit multis uidentibus ac deo & beato Leo. gratias
agentibus. Hoc Margareta Friderici patauienſis an/
nos quinquaginta nata teſtatur. Alius puer uianen/
ſis ſtatim editus pluſquam hora media mortuus iacens
cum pro eius ſalute ad beatum Leopoldum facte pre/
ces eſſent: quaſi tum primum anima in corpus infuſa
datam iterum uitam ad multam perduxit etatem.
Vitus uianenſis oppidanus etatis annorum quinqua/
ginta hoc firmat cum circumſtanciis ut ſupra requiſi/
tis. O gratiam homini benemerito gratis datam. O
diuine potētie munus inequabile: quo noſtra quoqꝫ ſe
cula in poſteriorem felicem recordationem non ſine
religioſa admiratione uenire poterunt. nihil enim tan
tum ab oculis hominum natura remouit: nihilqꝫ tan/
tum ab animis prudentium alienum eſſe conſtituit: ut
aliquando diuina fauente gratia in mentes oculoſqꝫ
omnium redire non poſſint.

·Quidam uxori iraſcens quod ad monaſterium clau/
ſtri nouiburgenſis ueneratione beati Leopoldi marti
poſt palmarum diem quot annis elimoſinam panis ui/
ni & trium obulorum accepturis obtuliſſet In hec uer/
ba prorupit Vtinam elimoſina uiueres ne quid auffer
res habuiſſes raptiſq; continuo que pauperibus deſti/
nauerat illa domum reuertens eo pane deguſtato man
dendo aſſumptum neq; deglutire potens in lectum ſe
contulit Vbi hac illac diu circumuolutus precluſo ſpi/
ritu occubuit ut facile intelligamus etiam ocioſa uer/
ba uindicem habere deū:neq; impune in illos qui de
ſe bene meriti ſint admitti nefarios ſine animaduerſio/
ne contumaciter permiliſſe · atq; eius rei teſtis eiuſdē
filia eſt Sed iam habes pater ſancte quid ſedente Xiſto
pont· max· predeceſſore tuo ab Reuerend · dominis
Cardinalibus in tam piū opus deputatis ſit R· domīo
uicecancellario referente cuius rei minime ut opinor
S·t· oblita eſt ·Cum unus e ſacro conſiſtorio tūc eſſet
idq; iam oēs accepiſſe reor qbus parentibus ortus Leo·
ſit q̄ preclari quāq; illuſtres:quātū diuinis incubuerit:
quonam pacto extincto p̄re ſe geſſerit·Quēadmodum
leges iuſtitiāq; coluerit·m̄rimonii ſeruauerit iura q̄s e
des cōſtruxerit ſacras:quāti eū fecerint p̄deceſſores tui
& dū uixit & poſtq̄ e uita migrauit·habes & miracl̄a te
ſtimonia uite tum magna tum maxima:& que prior &
que noſtra uidit etas:quibus q̄ ſanctus q̄q; deo fuerit ac
ceptus demonſtratur apte:& que ad obſeruandā eter/
nitatem uir magnus & totus dei exegerit:Poſcebat ho
minis altitudo longiorem orationem · materia ſuppe/
ditabat quam ingentia implere uolumina · Ego uero
morem illorum qui paucis calculis innumerabilium
ferme rerum ſummam complectuntur his paucis ex
egi Defeciſſent alr̄ latera & līgua cōpreſſa obmutuiſſet

obſeruātiaq; bene meritorū tāta apd̓ te ē: ut cū intelli/
gis quēpiā eternitatē ꝑmereri illico tua bonitate id cō/
firmes· Iam uirtutes ipſius Leo· quas creator oīm etiā
miracl'is cōprobauit ab dei uicario q ſolus in terris es
aſcriber̄ ī numero ſcōꝝ iure meritoq; expoſcūt expe/
ctātq;·ad q̄cūq;·n·loca Leo·nomē ꝑuenerit ꝓ ſacro ſcō
uenerat̄ & colit̄ idq; nō ſimpliciter ꝑut a nōnullis fieri
cōſueuit ſed īdelebili atq; inuiolabili titulo ſanct9 Leo
appellat̄ & ꝓ ſcō habet̄· Querit̄ tn̄ ꝓ laudabili cōſue/
tudine ſolēnitateq; a ſacroſancta eccleſia introducta ſā/
ctitatis t· nutus quo abſq; nil tutū nil ſtabile nil deniq;
ſcm̄ creditur· Id exigi mea orōne nō exiſtimes uelim
Nā inprimis xp̄ianiſſimus fidei nr̄e tociuſq; religionis
orthodoxe uerus legitim9 indubitat9 defenſor Fride
ricus Imꝑator Auguſtus a q° eius bonitate nihil adhuc
perperā peti audiuimus·nec uero id circo tm̄ ꝙ ex ſctiſ
ſima Leo· familia auſtrali ducat originē ueꝝ etiā ut de
us in ſuis gloriet̄ creaturis eius filius maximilian9 Au
ſtrie ac Burgūdie archidux inuictiſſimus p̄rem ſortit9
eſt ceſarē· Sic inclitus hungroꝝ Rex Ceteriq; p̄ncipes
catholici illaꝝ ꝓuinciaꝝ & deniq; oēs eoꝝ populi nutū
uocēq; ſanctitatꝭ tue ſitibūdi cupiūt p̄ſtolāt̄ expectātq;
Quid·n·his teſtibus magis in mūdo dari poſſit nō ui
deo· Magna ꝑfecto res eſt: ut mortales deo ꝓpitio &
fauēte glorioſiſſimos & celeſtes titulos benefaciēdo ſi/
bi querāt· Iam tp̄s eſt iā te ſic uelle cōſpicimus & tene/
mus oēs: ut tua uidelicet hac celeſti uoce Leo· q cū iā
in celis ſcūs ſit etiā in terrꝭ ſanctū eſſe declares Sanctiſ/
ſimo tuo decreto longa hoīm expectatiōe optato·Diu
mortales h° in augmētū fidei in monumēta romani &
eccleſiaſtici ritus in gloriā eternitatꝭ q̄ nimio ardore ex
poſcunt Et ut bn̄factis lōgo labore queſita iam premia
declarentur· Dixi·

297.

XVI. 6. 20/5.

Declamatio Lepidiſſima Ebrioſi Scortatoris Aleatoris de uitioſitate Diſceptantium: Condita a Philippo Beroaldo.

Ad Venerabilem & eruditum Sigiſmundum
Goſſingerum Eccleſiæ Vuratiſlauiēſis Canonicū
Philippi Beroaldi bononienſis Epiſtola.

ſ Citi elegantiſq; conuiuatoris eſt non tam
apparatu ferculorum inſtruere: q̄ lepidita
te fabulatorum hilarare cōuiuium: Que
ſtiones autē conuiuales eſſe debēt neq; nodoſæ ne-
q; auſteræ ſed iucūdæ & inuitabiles ſuper rebus ad
cōmunem uſum uitæ pertinentibus: cū quadam fa
cilitatis illecebra: Quibus ingēia cōuiuarum uenu
ſtiora fiant: Et quodam quaſi incitabulo foueātur.
quod ſane genus ueteres adeo ꝓbarunt. ut de cōui
ualibus queſtionibus Ariſtoteles. Et plutarchus &
apuleius noſter uolumiā cōſcripſerīt. ut Aſellius ſa
binus dialogum feſtiuiſſimum condiderit: in quo
Boleti & ficedulæ & oſtreæ & turdi ſup principa-
tu Ganeæ Certamen inducitur: Ex hoc genere ludi
crarum queſtionum ni mirum illa tua eſt. Sigiſmū-
de mi amabiliſſime: quam mihi diſſoluendam pro
poſuiſti. Scribis enim ad me in epiſtola eloquenter
eleganterq; conſcripta ortā eſſe apud te inter coepu
lones atq; cōpranſores tuos Ludicram. & uere con-
uiualem diſputationē: uidelicet quis fedior nequior
ue ſit habendus meretricarius an Aleator an temu-
lētus. qđ deniq; ex his tribus uitiis ſit culpatiſſimū:

Cõſulis me adhibes preces ut libello tibi explicẽ: quid ſuper hac re ſentiam. Et tanq̃ honorarius arbiter controuerſiam hanc ipẽ diiudicẽ: Ego qui libentiſſime morem gero id Genus hominibus quibus dare beneficium eſt accipere. ſumpto Calamo hanc ioculatoriam diſputationem explicaui ſtilo declamatorio. planeq; ſcholaſtico. Ita enim credidi rem planius lucidius manifeſtius liquere poſſe ſi hoc charactere explicaretur. Ceterum quia ſocraticum eſt & academicum nihil affirmarẽ ego nihil decerno ut dogmatiſtes: uerum ut opinator. Id opinor et probo qđ in ultimo poſitum leges: ſic uarro ſic ceteri in extremo collocant qđ maxime probant. Et cum ſuum cuiq; iudicium ſua ſententia ſit: ſequatur unuſquiſq; qđ maxime ꝓbabile exiſtimabit: Ego uero quicquid ideſt libelli tibi nuncupati Dono dicoq; Sigiſmunde goſſinger non minus eruditiõe & nobilitate q̃ religione monſtrabilis: qui ut eloquentiæ cultum: ſine qua homo totus incultus: Caperes: ut ingenuas diſciplinas haurires ut barbariem exueres ueniſti non pridem in italiam: fuiſti Romæ aliquot ãnos uigilãtiſſimus Romãæ academiæ cultor. Vbi eloq̃ntia latialis nata educataq; ẽ: unde tu ſuffarcinatus auro & argẽto hoc ẽ eloq̃o & doctrĩa. In patriã remigraſti nõ ſolũ Canonicatu digniſſimus ſed & epiſcopatu. Vbi ſtudia humanitatis repaſtinãs indies cultior doctior honoratior exi

ſtis. Gaudeo qđ cōmentarios meos cumprimis pro
bas & quecūq; ex incude noſtra litteratoria forma-
ta cuſaq; circunferuntur:habes cōtinēter ī māibus.
Quæ cum tu cum pleriq; omnes Tui ſimiles pro-
bēt idq; mihi p̄ epiſtolas quotidie ſignificent:facile
Adducor ut Credam non eſſe inuenuſtiſſima.& ut
græce dicit᷑ Amuſotata.quæ tantoꝝ uiroꝝ iudicio
Cōprobantur. Nec enī Credibile eſt tā multos aut
aſſentari aut falli:Itaq; mihi blandior & hoc inuita-
mento illectus Cōmētarios Apuleianos ſubſiciuis
tēporibus procudo. Texitur opus ſane luculenter.
& intra duos ad ſummū ſeſquimenſes abſoluti edo
lati impreſſi in publicum progredietur: Quorum
tu quoq; fies particeps: Interi accipe libellum hūc,
quem expetiſti,Ioculatoria diſputatione feſtiuum.
lepidula eruditione inuitabilem:Declamatorio filo
contextum: quem ſuadeo.aut ſuper Cenam legas
aut poſt Cenā:ſic enim opinor faciet ad ſtomachū.
Cum matutino & ſobrio ſeria atq; auſtera Con-
ueniant:quicquid id eſt letus cape:& libellum hila-
ritudinis plenum hilari frōte ſuſcipito: Vale & ami
ciciam cole,

p Ater qui tres filios habebat unum ſcortato/ rem Alterum Aleatorem/tertium Ebrioſum moriens in teſtamento ita ſcripſit:Ex filiis meis tur pior uitioſiorq; ex heres eſto:poſt mortem patris cō tendunt fratres quis nam exheredatus eſſe dicatur. res agitur apud iudices per quandam quaſi Antica/ tegoriam hoc eſt mutuam accuſationem:quam qui dam concertatiuam nuncupant:in pleriſq; contro/ uerſiis priſci declamatores uti conſueuerunt perſo na aduocati propter aliquam ipſius qui cauſam di/ cit deformitatem & uitii turpitudinem. Hic q̄q̄ per ſonæ fratrum inhoneſtæ ſint & turpes ut illis pro ſe loqui nefas eſſe debuerit:Ego tamen exiſtimaui to tam cauſam planius explicari & uehementius agi poſſe:ſi ipſi ſemet mutuis criminationibus pulſa/ rent:q̄ ſi peraduocatum res ageretur : primas partes Ebrioſo dedi : ut contra duos unus dicat : ut mox unus a duobus retaxetur : Conditio huiuſce cauſæ illa eſt / ut pro ſua quiſq; ſalute ſollicitus nihil de proximo cogitet.Lector attende Letaberis.

Ebrioſus contra Scortatorem & Aleatorem.

n On ignoro iudices quanto onere Cauſa no ſtra prematur/Ex hoc parentis elogio:pro/

pter quod fit ut ſordes noſtræ inuulgẽtũr : ut pro/
bra noſtra in propatulo conſpiciciãtur. Et quod ma
xime cauendum fuerat ut accuſatiõe mutua frater
inuehi cogatur in fratres. Sed qui ſemel labe uitioſi
tatis infectus ſequeſtrato pudore frontem perfricu/
it/qui famæ contemptor eſt. non tam infamiam ue/
retur q̃ famem timet : Creditque prouerbio græco
clamitanti miſerrimum eſſe fame mori & quod pa/
raſitus ille plautinus dixit:putat eſſe ueriſſimũ: mi/
ſerrimus eſt:qui cum eſſe cupit quod edat non ha/
bet :proinde iudices ne ego eſuritione tabeſcam / ſi
exheredatus a patre ſententia ueſtra pronuncier:ne
inter mendicos ſedens manum ad ſtipem porrigere
cogar :agam hodierno die cauſam meam aduerſus
duos fratres. & potentiſſimis argumentis demon/
ſtrabo uel alterutrum uel utrũq; nimirum eſſe quẽ
pater exheredatum eſſe uoluerit. Quãuis mihi ſa/
tis ſuperq; eſſe debuiſſet /ad exheredationem effu/
giẽndam uos edocuiſſe alterum ex fratribus eſſe q̃
me ſordidiorem perditioréque : Verum ut res ma/
gis colliqueſcat ſeparatim atq; diuiſim/utrunq; in/
ceſſere /mihi in animo eſt :ut poſt explicatas unius
ſordes: Alterius quoque maculoſam uitam inſectã
ter inuadam: Quãquã non me preterit q̃ ſanctum
ſit nomen fraternitatis q̃ arcta fratrum coniunctio
q̃ frater diligendus utpote quaſi fere alter dictus :
Sed mihi non tam fraternitas hoc tempore colen/

*Miſerri/mũ fame mori.*

*Frater fer̃ alter*

da eſt q̄ mendicitas caũenda. Verum eſt profecto illud uerbum uetus:omnes ſibi melius eſſe malle q̄ alteri:quiſque ſibi proximus eſt.& tunica pallio ꝓ/ tũica pal/
pior .Cæterum ne lõgiore q̄ par ſit exordio uos mo lio ꝓpior
rier. Iam controuerſiam ipſam ex teſtamento pater no deriuatam quæſo diſpicite. Iubet pater eum ex nobis exheredatum eẽ qui ſit uitioſior:quis non in telligit quis non uidet ſiue uerba ſiue uoluntatẽ ſcri ptoris intueri libeat ſcortatorem deſignari : quo ui/ tioſior nullus exiſtit : Teſtamentum potentiſſimũ eſt : Vltima defuncti uoluntas rata eſſe debet : hæc uobis ſpectanda eſt:ad hanc perinde ac ſcopon ſen tentia ueſtra dirigẽda. Ait pater uitioſior ex filiis ex hæres eſto :Scio me bibacem eſſe & uini cupidiſſi/ mũ .Sed hoc ſi uitium eſt longe profecto minus eſt q̄ fraterna ſcortatio labeſq; meretricaria:Nã ut pri/ us cum amatore meretricis agam quid poteſt fedi/ us eſſe : quid uitioſius ? q̄ amore meretriculæ turpiſ ſimo torqueri et inſanire? inter ſcorta non tam dege re q̄ deliteſcere? Vbi patrimonii famæq; diſpẽdiũ fiat:ubi ex libero ſeruꝰ euadas ſiſq; ſeruituti ĩdigniſ ſimæ mãcipatus:oĩs ſeruitus hoĩni ĩgenuo & libera liter educato ĩtolerãda ẽ:ille uero ultroneã ſubit ſer uitutẽ:et eã qdẽ ĩdigniſſimã q meretricariiſ pedicis ĩplicat᷑ :cui mulier ĩpat:cui leges ĩpoĩt ꝑſcribit iubet qui nihil ĩpãti negar᷑ põt:nihil audet recuſar᷑:poſcit dãdũ ẽ:uocat ueniẽdũ. eiicit abeũdũ, minat᷑ extime

ſcẽdũ. Duo ante oĩa ſunt: quæ mortales magnipen dunt fama & opes: Quid enim per deos immortales mortalibus contingere poteſt illuſtrius q̃ nominis ſplendor q̃ fama q̃ gloria? Cuius cã Tot erumnæ tot ſudores. tot uigiliæ. ultro ſubeuntur ac tolerantur: ut nõ immerito Cecinerit Valerius Flaccus: Tu ſola animos mentemque peruris gloria: Vt ueriſſimum ſit illud Solomonis; melius eſt nomen bonũ q̃ diuitiæ multæ: præterea quid utilius: quid dulcius: quid beatius q̃ opulentum patrimonium q̃ diuitiæ luculentæ: Quarum cauſa impiger extremos currit mercator ad indos: propter quas uita mortalium facta eſt laborioſa. Et irrequieta. ſunt plerique qui mortem potiorem q̃ egeſtatem putent: quibus intollerabilis uideatur nuda illa uita & omnibus q̃buſcunque antea habundauerit deſtituta. Apud nabatheos: qui opes ĩminuit publice mulctatur: q auget honore afficit̃: Quas tam græci q̃ barbari cum tertiũ locum bonorum tenere debeant: primo tamen in loco collocant: ut auctor eſt Plato. Atqui utriuſq; huiuſce boni iacturam facit meretricarius: Namque amationes meretriciæ grande ferunt una cum damno dedecus: infamiam afferunt opes auferunt: Male conſulit & rei & famæ mulierarius Amator: Quibus homini detractis nihil plane erit illo deſpectius: nihil notatius. Itaque amator deſpectiſſimus notatiſſimusq; eſt habendus. qui ſcorto ho

Fama & opes.

Mos nabatheorum.

neſtum officium poſtponẽs qui in gurguſtio delite/
ſcens aſſiduis pulſatur infamiis patrimonii decoc/
tor. mendicitatis infamiſſimæ coagulũ: Bonam de
perdere famã rem patris oblimare malũ eſt ubicun
que ut inqt ſatyrographus: Amator ut plautin⁹ ſer/
uus feſtiuiter enarrat. bona ſua pro ſtercore habet:
foras iubet ferri/domi quicqd habet perdit: qñ qdẽ
ipſe perditus eſt: Meretrices ut dicuntur ita profe/
cto ſunt ꝓcaces: nullus ẽ finis poſcẽdi nullus dan/
di: ut amatoris libido rediuiua reſurgit eſtq; inex/
plebilis: ſic meretricis. eſt inexaturabilis procacitas.
Et cum hodie aliqd dederis: hodie quoq; aliud dã/
dum eſt: Et cum ſcorti pretium unus ſit panis ſi So
lomoni credimus Argẽtariam ſalutem ab Amaſio
quotidianam depoſcit: Exenteratque quotidianis
ictibus marſupium: Meretrix tantiſper blãditur dũ
illud qđ rapiat uidet: Amator quã diu habet qđ det
tam diu illi A..ident edes meretriciæ & patẽt fores:
Vbi deſpoliatus inopia argentaria laborat foras ex
truditur:: Non ne comedia humanæ uitæ ſpeculũ
eſt? atqui apud comicos poetas tota eſt meretrica/
rii amoris inſectatio: Adoleſcentes in ſcortis male
audiunt: patres filios a turpi amore meretricis auo/
care abducere: Auellere omnibuſ uiribus neruiſque
contendunt: Vt id nobis documento ſit uitandas eſſe meretricum illecebras, fugitandas ſuauiationes nes ſuauiatio

poſcinū/ poſcinūmias. Q uarum uafricias :laqueos : illicia:
miæ. blandiciaſque uiſcatas / ennumerare quis poſſit?
In mercatore Plautinus pater Charinum filium ui/
ſeo muliebri implicatiſſimum caſtigatione Clamo
ſa & obiurgatorio ſono ad bonam frugem reuoca/
re contendit :T anquam nihil peræque diſpendio /
Meretrix ſum rei ſit & moribus ac amor:In truculento ſeruus
ut mare , meretricē ego inqt itē eſſe reor mar̄ ut ē:qđ des de/
uorat nūq̄ habundat: In aſinaria ait adoleſcens de/
ſpoliatus & excluſus Mare non eſt mare. V os eſtis
mare acerrimum :In ciſtellaria : meretix fortunati
eſt oppidi ſimillima non poteſt ſuam rem obtinere
ſola ſine multis uiris : In ſticho qui poteſt mulieres
uitare uitet. Apud declamatores inducuntur patres
qui elogio teſtantur exheredatos a ſe filios propter
Decalogꝰ ea quod meretrices amauerit. In decalogo legis do/
minica præcepta decem dei digito conſcripta con/
tinentur :Q uibus recte uiuendi formula preſcribi
tur / homines ad ſanctitudinem inſtituuntur : inter
Nō mœ/ quæ illud eſt memoratiſſimum. non mœcehaberis
cehaberis Q uo uerbo non ſolum interdicitur nobis adulte/
rium cum alienis uxoribus : ſed & omnis fornica/
tio : quippe in canonicis ſcripturis . ut docet diuus
Auguſtinus & in Deccretis .xxxii. queſtione quar
ta proditum eſt . nomine mæcchiæ omnis fornica/
tio omniſque illicitus concubitus ſignificatur : Si

quæ a pontificibus decreta ſunt ſeruari debent:
quāto magis quæ a Deo. Tu qui ſcortator & mere
tricii Amplexus aſſectator es non ne uides te facere
contra diuinum interdictum? Sed qui precepit nō
mæcchandum. Idem in eodem decalogo haud quā
ꝗ precepit non bibendum: Ad hæc Amor formæ
rationis obliuio eſt inſaniæ proximus. Turbat con
ſilia. Altos & generoſos ſpiritus frangit: A magnis Hierony
Cogitationibus ad humillimas retrahit/ Querulos nus.
iracundos. Temerarios dure imperioſos. Seruili/
ter blandos omnibus inutiles ipſi nouiſſime amo/
ri facit. Nam cum fruendi Cupiditate inſatiabili
flagrat plura tempora ſuſpitionibus lachymis con
queſtionibus perdit/ Odium ſui facit & ipſe nouiſ/
ſime odium eſt: Hæc luculēta diui hieronymi per/
oratio quem non meretricariorum atq; amatorum
rubore ſuffundat? Quis amaſius Talia audiens
non repente ſe dānet? ueluti feda uitioſitate macu/
loſum? Quis uenerius miles non hæc inſemetipō
recognoſcens ingemiſcat? nāq; amorem amatorē/
ꝗ cuncta hæc uitia ſectari ſolent. Cura/ Egritudo/
inſomnia/ Erumna. Ineptia ſtultitia & temeritas in/
cogitantia. Cupiditas petulātia. Auiditas. Deſidia. Plautina.
Inopia. Cōtumelia & diſpēdiū. Amor Carnificinā
cōmentus eſt. Amor amara dat mores hominum
moros & moroſos facit. Amatoris animus Clauo

cupidinis fixus apud edes meretricias retinetur.
Viuitq; in alieno corpore : Adeo ut plautinū illud
dicere meritiſſimo poſſit. Vbi ſum ibi non ſum:
Vbi non ſum ibi eſt animus. Quid non ne in uul/
gari maledicto conuitioq; quotidiano eſt nomen
ſcortatoris? non ne in confeſſo eſt Amorem furo/
rem eſſe & meretrices famoſas? ſectari autem rem
furibundam nō ne furere eſt? Sectari rem infamē
non ne infamiæ proximum atq; confine? Adhæc
Amator ſæpe Crudeli feritate graſſatˀ ac furit obri
ualitatis ſuſpitionem. meretricum enim nō eſt unū
inſeruire amantem: ſed fouere complures. Et ex
multiplicibus racemis ſibi facere uindemiā. Hinc
bella iniuriæ ſuſpitiones in militia amatoria: hinc
marius hellade percuſſa ſe precipitat: hinc ama/
tor non ſolum miſer & erunnoſus uerum etiam
turpiſſimus criminoſiſſimuſq; cenſetur. Quan/
to me magis iudices excutio, Tanto plura ſuc/
currunt ad taxandam meretricarii fratris fedita/
tem. Et imprimis illud Apoſtoli Pauli qui eui/
Apoſto/lus. Paulus. denter oſtendit uitium Fornicationis inter reli/
qua eſſe ſpurciſſimum: qui corinthios inſtituens
ita proclamat. Fugite fornicationem omne enim
peccatum quod cunq; fecerit homo, Extra cor/
pus eſt qui autem fornicatur in corpus ſuum pec/
cat. Adde quod qui Cupit bibere non erubeſcit id

palam profiteri. Et manũ ĩ propatulo porrigere ad poculum. qui uero deſiderio rei ueneriæ detinetur furtĩ id agit & clanculum: Cum cupiditatis erubeſcẽdæ depudeſcat: non credis id mihi? Audi nobiliſſimum philoſophorum Ariſtotelem ĩ problematis ita diſquirentem. Cur homines rem agere uneriã cupientes confiteri ſe id cupere maxime pudet: bibendi autem. aut edendi deſiderio cum teneantur confiteri non pudet: poſſem infinita prope congerere: ſed adhibendus eſt modus: quem in rebus omnibus utiliſſimum perhibẽt: Igitur o frater. Cũ in ſcortis male audias ſcito hoc eſſe omni probro probroſius oĩ turpitudĩe turpius: In tãtũ. ut nullus ignoret ſcortari & ĩ meretricario cenobio ſe & ſua neqter ꝓfligare: id dici & eẽ ꝓſtremiſſimũ uitioꝝ: qđ nec ĩpe opinor frater ĩficiaris: Cũ ĩproboꝝ mos ſit nõ ĩprobitatẽ occulere: ſed ex ĩpa uitioſitate gloriari.

Ariſtoteles in problematis.

Verum hæc de ſcortatore ac meretricario dixiſſe ſatis ſuperq; ſit. Transeamus agedum Ad aleatorem: quẽ non minus feda uitii labe maculoſum eſſe confirmo: adeo ut multa quæ in illũ dicta ſunt In hunc peræque retorqueri poſſit. Et alia pleraq; quæ dũ a nobis ꝑpendũtur queſo diligenter attendite.

Alea res dãnoſa eſt ac turpis: furtorũ ac rapinæ conciliatrix. malarum cogitationum parens: hominis interioris carnificina: uirtutum atq; omnis honeſtæ meditationis expultrix: Irarum maledictorũq;

Vituperatio Aleæ.

In deos hominesque ſuſcitabulum : Cui qui man/
cipati ſunt ſemper Angore torquentur : ſemper tri/
ſtitudo illorum uultus innubilat : ſemper deſperan/
ter ſemper furenter omnia agentes conſpitiun/
tur : Nimirum id uitium eſt quod ſcriptores omnes
proſcindunt infamant Criminantur : Quod a
legum conditoribus male mulctatur . Ariſtote/
les iclytiſſimus philoſophorum quarto ethicorum
uolumine Aleatores infamat. Illiberales eſſe & in
ſordido lucro uerſari ſcribẽs : Apud iuris conſultos
Lex đ aleatoribus. Titulus eſt de Aleatoribus. Quo animaduerſio cõ
ſtituit͛ in eos quoq; q ludere cõpellunt : Senatus cõ
ſultũ uetus pecuniã ludere interdicit. Quin etiam
M. Tullius auctor eſt. lenticulam. M. Antonii Col
luſorem lege de alea eſſe condemnatum. Qui ho/
minem nequiſſimum ob id uocat Antonium. ꝙ in
foro atq; in propatulo alea luderet : Oratius quoq;
Aleam legibus interdictam tãquam rem improbã
oſtendit illo uerſiculo. Seu malis uetita legibus a/
lea : Non ne inter Catulliana maledicta ſunt Aleo/
nes quoq; ? ſic enim priſci aleatores nominitabant :
Non ne conſeſſum Aleatorum in ludo Talario tur
piſſimum eſſe dixit Arpinas orator ? Non ne Alea
pernox ? non ne animoſus aleator ſatyrico dente ꝑ/
ſtringitur ? Quiſquis inuentor Aleæ extitiſti : tecũ
enim mihi res eſt : non rem uoluptariam ut uulgo
creditur. ſed peſtiferam ac detrimentoſam es com/

mentũs:quæ multos ad mendicitatem redactos .fu
races .graſſatores . ſacrilegos.fieri coegit: Et quoni/
am non eſt nobis hæc oratio habenda apud imperi/
tos iudices.neq; in conuentu ruſticano liberius pau
lo de ſtudiis humanitatis ac litteris interioribus diſ/
putabo . Nec non ex ſecretariis platonicis eruta in/
uulgabo :Plato philoſophorum deus refert in phæ
dro fuiſſe demonem neſcio quem ex uetuſtiſſimis
diis egyptiorum:cui dicata ſit ibis Auis illa Egyp/ Ibis nõ ẽ
ti peculiaris Non autem ciconia ut uulgo creditur: ciconia.
quæ Roſtri aduncitate per aluum : ſeſe perluens
Clyſteris uſum demonſtraſſe mortalibus proditur:
Demonem autem hunc theuth.ſiue theutatem pri/
mum inueniſſe Geometriam. Aſtronomiam. Arith
meticam.& litteras:eundem Talorum aleæque re/
pertorem extitiſſe:Dignum ego ampliſſimo preco/ Inuentor
nio Theutatem iudico iudices quatenus litteras & talorũ the
diſciplinas ingenuas inuenit: Quod uero Talari/ uth.
um ludum Aleamque primus oſtenderit feda ſug/
gillatione notandum cenſeo. Adeo ut mala bo/
nis comparata preponderent: Nec minus uitioſita/
tis ſit in Aleæ commento . q̃ bonitatis in litterarũ
inuentione. Herodotus græcus Liuius quem. M.
Tullius patrem hiſtoriæ nuncupat auctor eſt. Ly/
dos primos Aleæ Teſſerarumque ludum Et cæ/
tera genera luſoria preterquam talaria excogitaſſe:
Cæterũ ſiue theuth ut memorat Plato : ſiue lydi ut

*Germani Aleatores.*

autumat herodotus inuenere inſtrumenta luſoria: Vtriqꝫ medius fidius tradidere mortalibus inuentum pernitioſiſſimum: Cuius comites ſunt fraus, periurium. Impoſtura mendicitas: Et ex mendicitate mala mens malus Animus. Et conſequenter ad ſcelera facinoroſiſſima audenda procliuitas. piget cõmemorare q̄ multi hoc uitio teterrimo ad incitas egeſtatẽqꝫ redacti ſibi & ſuis fuerunt dehoneſtamẽto: Quãmulti dum furtificas ob aleam manus habent: Carnificis laqueo ſtrangulati. mortem oppetiere ignominioſiſſimam. Ad hoc Aleatores publica pulſantur infamia: Et quia diſſerimus. apud Aures eruditas Eruditioniſqꝫ ſitiẽtes. non erit abſonũ ſi ab illa orãdi lege rethorica paulum deuius excurram excurſione plauſibili: Idqꝫ ex declamatoria inſtitutione & ritu. Inter Ceteras nationes ſtudioſiſſimi teſſerariæ luſionis Aleatoreſqꝫ maximi Germani fuiſſe produntur/Aleam inter ſeria exercẽtes: tanta lucrandi perdendi ue temeritate. ut cum omnia defecerunt extremo ac nouiſſimo iactu de libertate ac de corpore contendãt: Victus uoluntariam ſeruitutem ſubit. Et quamuis iunior quamuis robuſtior foret Alligari ſe patiebatur ac uendi. Ea erat ut inquit. Cor. tacitus ĩ re praua peruicatia. ip̄i fidem uocant: inſitum hodieqꝫ eſt germanis ſtudium aleæ animoſioris: In qua fidem Colluſori ſeruant: Et pecuniam perditam perinde ac mutuaticam uictor i

cum fide repreſentant : Dirum prorſus illud eſt ſy/
dus natalitium:quo progenerantur Aleatores:quo
homines fiunt rei praue ac calamitoſæ mancipati:
Q uicũq; in Nona parte libræ habuerit horoſcopũ Horoſco
is erit ſi firmico materno credimus aleator popula/ pus.
ri notione perſpicuus: V tinã poſſẽt e uita in totũ ab Aleatoris
dicari tolliq; teſſeræ & chartulæ luſoriæ ſicuti iã pri
dẽ tali ſublati ſunt:Et luſio talaria abdicata: V ideo
pleroſque omnes ex uobis cõtracta fronte muſſan/
tes qđ talos talariũq; ludum dixerim exoleuiſſe:no
lite ob id ad murmurare : uera locutus ſum iudices/ Tali.
nullus eſt error in uerbo. ſed uulgus Errore promiſ
cuo implicatur Exiſtimans talos eſſe inſtrumẽta lu
ſoria quibus quotidie paſſi luditur. Cum teſſeræ il/ Teſſeræ.
læ ſint nominandæ non tali: Et uti totã rem plani/
us noritis ſcitote talos fuiſſe quaternos in ludo tala/
rio/Ex talis quadrupedũ factos:qui ĩ poſterioribus
tantũ pedibus eſſe produntur Ariſtoteli. Plinio Ce
teriſq; phyſicarũ diſciplinarũ conſultiſſimis : græci
talos aſtragalos uocãt: V nde & Aſtragalizontes di Aſtraga/
cti talis ludentes . In luſione talaria Q uatuor tali li.
efficiũt iactũ feliciſſimũ. Q uẽ ueneriũ nũcupãt:Et Venus ia
a poetis uenus uocitat᷑. In ludo uero teſſerario tres ctus.
tãtũ teſſeræ ſunt:quæ ex ſex lateribus æquali latitu
dine planiciaꝝ quadratæ cõſiũt:græci cubos appel/
lãt:quod & noſtri:ut. M. Varro. gellius. Macrobius
V ictruuius tradiderũt:Inde cybeuticos dictus alea

tor:Teſſerarius ludus nūc ubiq; gentiū ubiq; loco
rum in uſu quotidiano frequētiſſimus eſt.tres teſſe
re ſiue cubi:quos taxillos docti indoctiq; falſo no/
minitant:in alueolū iaciunt' ſic enī tabula aleatoria
nūcupatur.Cum talis quatuor in ludo talario anti/
quitus uterentur.Hinc ſcite apud epigrāmatiſtā teſ
ſeræ numero talorū impares ſe ſe eſſe ꝓfitētur/Vti/
nā ergo ut domū repedemus/ Vtinā teſſerarius lu/
dus. Et oīs alea dānoſa ac preceps abdicari poſſet
& tolli. Vtinā Aleatores:Quoꝝ uita & ars ludus ē
exterminari atq; interdici ne res quæ uoluptatis cau
ſa ut aiūt repta eſt ī meſtitudinē luctū egeſtatē mor
tales impingeret. Dic queſo Aleator non erubeſcis
uel ſi erubeſcere nō noſti nō ne palleſcis nō ne inge
miſcis? quoties audis te aleatorē nomīe probroſiſſi
mo uocitari? quoties digito pretereuntiū ob īſigne
uitiū demōſtraris? Equidē malo uinolentus dici q̄
Aleator q̄ ſcortator:malo illo liquore mulceri qui le
tificat deos & homines:ſine quo leticia eſſe in cōui/
uiis nō poteſt. Vnde & leticiæ bacchus dator a cele
berrimis auctoribus dictus.qđ ſi uitiū eſt ut iſti uo/
lunt profecto eſt ignoſcibile:neq; ullis legibus inter
dictū. Quinimo platonicæ leges:qbus nullæ ſan
ctiores:uinolentiam & pocula largiora permittunt
perinde ac fomitem quedā ingenii uirtutiſq; incita
bulum: Aſclepiades nobiliſſimus medicorū Vini
utilitatē æquari uix deoꝝ potētia poſſe ꝓnuntiauit:

Vinū eloquētes facit & ut inquit oratius flaccus. Fecūdi Calices quē non fecere diſertū: Cui ſubſcribit poeta alter lepidiſſimus ſcribēs poſſū nil ego ſobrius: bibēti ſuccurrūt mihi qndecī poetæ: Et cū alea atq; fornicatio plenæ ſint anxitudinis & curæ Cōtra uinū triſtitiā diſcutit & nubila humani animi ſerenat. Eſtq; remediū curarum: quæ Anxiferæ ſunt & edaces p̄ſentiſſimū: qđ lyricus poeta cōmodiſſimo Epitheto dixit obliuioſū. Vitā beatā nulla res alia magis efficit, q̄ animi ſecuritas mentiſq; tranquillitas. Hāc nobis uinū parit. ſōno accōmodatū & ſecuritatibus. Hoc certe fuit nepēthes illđ qđ homerica helena thelemacho ꝓpinauit obliuionē triſticiæ ueniāq; afferēs. Q đ utiq; oībus mortalibus foret ꝓpinādū: Vñ & nepēthes ab effectu nūcupatū: Q uod eo triſticia & luctus oīs aboleat᷑. merito bacchū ob tā ſuaue inuētū Deū finxit Antiqtas: Merito ī celo eſt uindemiator collocatus. merito bacchus ipſe liber pater nominatus nō tā ob licētiā līgue neq; ob libertatē boetiis datā q̄ qđ liberat ſeruitio curaꝝ animū: Et ut morbis qbuſdā Ita triſtitiæ medet᷑. ꝓinde ſāctiſſimus & uitioꝝ obiurgator ſeueriſſimꝰ Seneca p̄cipe nō dubitat liberaliores potiōes eē hauriendas & aliqñ uſq; ad ebrietatē ueniēdū. Ad hæc ñ ne maximi heroū regū philoſophoꝝ ebrioſi atq; bibaces fuiſſe memorat᷑: Q uoꝝ exēplis illuſtribꝰ ebrietas ip̄a honeſtat᷑: Et uitiū ebrietatis ſi mō id uitium

Vinū obliuioſum.

Nepenthes.

Vīdemiator ī celo.

Vnde liber.

Hercules bibax.

eſt/ſit imitabile. Herculem īter heroas famigeratū quo nihil illuſtrius: ebriū & caſſabundū fuiſſe accipimus: Ideoq; ſciphū illius poculū eſſe ut liberi patris cātharū: ob hoc fictores herculē cū poculo figurant.

Alexander.

Alexāder magnus/quo nihil maius/Vini auidiſſimus fuit ad temulentiāq; ꝓcliuior.

Termulētus.

Cato uinos.

Cato quoq; qui exēplar uirtutū & norma eſt: qui ut ſapiens dictus Ita re uera fuit: Vino īdulſit/Ebrietatiſq; hilaritate demulctus interdū eſt: Cuius olī ebrii uelatū Caput cū quidā quibus obuius fuerat retexiſſent Erubuerūt: Ni mirū quia ebrietas quoq; in catone uiſa eſt uenerabilis: Ergo igitur cū uiri tā clari. tam magni. tā ſancti. Vino indulſerīt/cū uinolēti freq̄nter extiterīt: Cur pudeat me & dici & eē temulētū? Cur in me ſit criminoſum qđ nō ſolū excuſatur exemplis ueꝝ etiā defenditur: Deniq; Cur mihi dānoſum ſit iudices ſi id facio qđ hercules. Quod alexāder: quod Cato factitauerūt? Quorum auctoritas tanta eſt ut ebrietatem honeſtam magis efficere poſſint q̄ ipſi ex ebrietate turpes fieri.

Habetis perorationē meā in duos fratres alterū fornicariū alterū aleatorē. Quorū alterutrū ueſtra pronūtiatione dānari neceſſe eſt ſi nouiſſimā defūcti teſtatoris uoluntatē tueri uultis: qua animis ueſtris nihil debet eſſe ſacratius: quāto enī uinolentia minor ſit uitioſitas fornicatione uel alea. uel utroq; ſcitis: Et hoc ſcio uos ſcire. Quo circa ꝓnuntiate iu

dices q̃ſo uel ĩ hunc uel ĩ illũ : ut ego ſentẽtia ueſtra abſolutus poſſim paternis bonis ꝑfrui comiter atq; hilariter:ut indulgẽs uino excuſabilis ſim exemplo Herculis Alexãdri & Catõis:quos uitæ duces hr̃e nõ ſolum uenia ſed ẽt laude dignum eſt. dixi.

Scortatoris & Aleatoris recriminatio aduerſus Ebrioſum.

e Sopi fabulatoris elegãtiſſimi apologus iudices narrat:homĩes duas mãticas hr̃e. Alterã anteriorẽ/alterã poſteriorẽ:ĩ priore aliena uitia mitti. In ea quæ a tergo ẽ:Noſtra occultari:quo apologo ſciẽter & feſtiuiter ſignificat̃ mortales obſeruar̃ papulas alienas ĩ ꝓpriis ulceribus ĩcurioſos. In alienis peccatis noſcẽdis oculatos eẽ In ſuis talpas:Neminẽ uidere qd mãticæ ĩ tergo ſit:Hoc cum impleriſq; aliis Tum hodierno die ĩ fratre cognouimus: Qui ĩ negotio ſuo hebetior. In alieno acutior feſtucã ĩ oculis noſtris aſpiciẽs trãbẽ nõ uidet ĩ ſuis:q copioſe & elegãter ĩ meretricarios aleatoreſq; perorãs Ebrietatẽ:Cui obnoxius ip̃e eſt:non ſolũ dixit eſſe ignoſcibilẽ: Verũ etiã ſi diis placet quaſi expetibilẽ atq; dignã laude eſt conatus aſſerer̃. Nos uero iudices nihil uerrucas noſtras cõuelantes ſimpliciter ingenueq; fatemur malũ eẽ ſcortari/Et forũ aleatoriũ Calefacere:Sed maius malũ temulẽtiã eſſe cõtẽdi/

Apologus.

Mantica. a tergo.



317.

mus. Id q; euidentibus argumētis planū faciemus.
Vos queſumus ut ſicut attēte fratrē audiuiſtis / ī fra
tres inuehētē: Ita lubētibus animis nos audiatis fra
trē retaxātes. Vt ſi quā ille uoluptatē maledicendo
cepit: Eādē male audiēdo pēituſ amittat: qui cū di
xerit qđ uoluerit: nō iniquū ē ſi audiet qđ nōluerit.
Veſtrū erit officiū iudices cauſa utriq; perorata col
latione uitiorū / de quibus agitur / facta ſolerterq; per
penſa ferre ſentētiā. Homo ut hic ordiamur ex ani/
mo & corpore cōpactus nihil habet penſius cariuſ/
q; q̄ ſemet ipſum: Vnde fit ut animi ac corporis īco
lumitatē diligētiſſime cuſtodiat: Et ea cūprimis ap/
petat: quæ græci τα πρωτα φυσεωσ latini prima
Primige/nia. naturæ ſiue primigenia appellāt: ī qbus numerant᷑
ualetudo ſenſus ītegri & oīum partiū cōſeruatio q/
Naturæ. bus nō pauci ſūmū hominis bonū metiunt᷑: Et cū
uitæ ars prudētia ſit: quæ īter bona animi potiſſimū
elucet / eā p̄cipue īcolumē ſeruare debemus: ut uiuē
di ratione cōſtemus. Hæc igit᷑ animi & corporis in
columitas cū ſit rerū oīum p̄tioſiſſima: Cū bōa ani/
mi & cōporis ſint maxima bonorū: qs nō uidet id ui
tiū lōge maius eſſe habendū: quo maiora & plura
hominis bōa p̄fligant᷑: Atq cūcta hæc ebrietate cō/
cutiunt᷑ & uini crapula hebeteſcūt: Temulētia mē/
Sapiētiā Vino ob umbrari. tē obnubilat. Cōporis ualitudinē p̄fligat: Nec nō ē
rei famæq; diſpendiū. Vetus uerbū eſt ſapientiā ui
no obūbrari: Quod uigorem animi īpedit ad p̄cin

ctũ tendentibus qua in re ſubit admirari priſcorum
diligentiã:q ſignificatiſſimo uocabulo uinum teme Temetũ.
tum appellauere:Ex eo quod teneat mentem ac ten
tet. Vnde & temulentia ebrietas nominata: Quid Temulen
per deos fedius quid turpius eẽ poteſt:q̃ qd̃ homo tia.
extra homĩem extraq; humanum intellectum i p̱ ui
nolentiã collocet? ſemet ipſum ignoret:nec plus ſa
piat q̃ bimus puer aut anniculus:Vini calentis aſp̱-
gine ſanitas mentis expugnatur fitq; rerũ omnium
obliuio morſq; memoriæ: Non eſt temulenti ani-
mus in ſua poteſtate merſus uino & ebrietate deui-
ctus quod neq; fornicario accidit neq; aleatori: Et
ut eleganter diffinit Seneca grauiſſimus uinoſorũ
cenſor nihil aliud eſt ebrietas q̃ inſania uoluntaria: Ebrietas
non ne hoc probrum omni probro maius eſt homi- quid.
nem ultronea ĩſania oblectari? Cuius peculiare bo
num eſt ſapere & ſanitate mentis perfrui:Adiice ex
uino uertigines capitis, tecta mobilia:gradum Erra
bundum. Nam ut ait ſcitiſſime plautus luctator do Luctator
loſus eſt uinum:pedes captat primulum: merito di Vinum.
xit Androcides ſapientia clarus:ſicut uenenum eſt
homini cicuta:Ita & cicute uinum: intelligi uolens
ueneni Venenum eſſe uinum. Quam multi mor- Vinũ ue-
bi atq; egritudines ex uini intemperantia proueni- nenum.
ant quis ignorat? Cum hinc ulcera oculorum, ner-
uorum reſolutio tremulæ manus, Cum hinc Cauſo
nes id eſt febres Eſtuãtes, Cum hinc pedes ulceroſi Cauſões.

ac podagrici/Aliaq; innūmera morboꝝ genera pro
ueniant.unde merito dici pōt:ebrietatem pœna p̄/
Aía ex ui mit comes.præterea quod non minus turpe ē uino
no fetens fetent ora nimio.& graueolētia hanelitus inficitur.
Vis uidere quā noxia ac peſtifera res corporibus ſit
uinū?ubi quiſpiā egrotat.ſtatim ex p̄ſcripto medi/
coꝝ.uini potu interdicitur:Tāq̄ id fomentū incenti
uūq; morbi ſit:Ad hæc rei ſuæ male conſulit homo
Ebrioſus.dum uina precioſa cum diſpendio patri/
monii undiq; cōquirit:dū uinū pluriſ q̄ aurū facit:
Idq; iucundius q̄ ſolem intuet̃:Videmus quotidie
multos:nec enim ī re notiſſima exemplis opus eſt:
ad inopiam egeſtatēq; redactos ebrietate ſumptuo
ſa.Tanto labore & impendio conſtat quod mentē
mutet/ac furorem gignat.Et ita uinū ſæpe cauſa ē:
ut patrimonia & opes decoquantur:ut uacantes po
tibus cōſumantur:ſicut Solomoni plane credi cō/
uenit.Quāta autē labes infamiæ:q̄tū dehoneſta/
Maledic mentum ſubſequat̃ id uitium homo nemo non ne/
tū ebrioſi ſcit:Cū opprobratio ebrietatis īter cætera cōuitia ſit
maledicētiſſima:cū quottidianū hoc maledictū tā/
oenoba/ q̄ maximū ī altercationibꝰ audiat̃:Achilles homeri
res. cus nō ꝓbꝝ ullum fedius īuenit:quo ꝑſcideret Aga
Mater au mēnonē illū regē regū.q̄ ut οινοβαρησ hoc eſt uino
guſtini preſſus atq; uinolentus appellaret̃:Olī diui Augu/
mero bi/ ſtini mater.cum ab Ancilla ꝑ amarulētā īſultationē
bula. merobibula uocaret̃ tā fedumitā erubeſcēdum/id

maledictum eẽ cognouit :ut cõfeſtim dãnata ebrie
tatis feditate Ad ſobrietatem ſeſe cõtulerit biberit/
qꝫ deĩceps uinum aquatiſſimum dilutiſſimũqꝫ:Ex/
cutite iudices iudicia mortaliũ : Interrogate paſſim
omnes. Audietis homĩem ferme neminẽ eſſe: q nõ
ſcortator & aleator a conuitiatoribꝫ cõpellari ma/
lit q̃ temulentus: adeo cunctis inoleuit ĩtellectus rei
fediſſimæ ſpurciſſimiqꝫ conuitii. Adde quot rixas/
quot cedes/quot facinora penitẽda/fecerũt hoĩes ui
no ĩflãmati. & bacchi hyrſo ꝑcuſſi. Nã uinũ ut li/
bris eſdræ teſtatum eſt/ſeducit mentem/& uinolẽti Eſdra
ſumunt gladios: q cum e uino emerſerĩt & ſurrexe/
rint/nõ meminerunt quæ geſſerunt: ille Alexander
magnus cuius Paulo ante o frater exemplo gloria/
baris: Non ne clytum chariſſimum ſibi ac fideliſſi/
mum inter epulas trãſfodit? Nõ ne amicos in temu Clytus ĩ/
lentia plures interemit? cuius exẽplum ſcriptores ñ terfectus
ideo referunt ut nos ad ebrietatẽ inuitẽt ꝓut tu opi/ ab alexã/
naris: ſed ut ab ebrietate deterreãt: Cogita q̃s cladeſ dro.
ediderit publica ebrietas: hæc gẽtes bellicoſas hoſti In temu/
bus tradidit/hæc cõtumaciſſimos & iugum recuſan tiam
tes ĩ alienum redegit arbitriũ: hæc inuictos acie me
to domuit: Sic Syracuſæ ĩ manum marcelli ditio/
nẽqꝫ Romanoꝝ ꝑuenerunt. Sic maſſagetæ/a ꝑſis ꝓ
fligant᷑: & uino merſi capiunt᷑. Quod igit᷑ iudi/
ces uitiũ fedius ꝓbroſius/deterius/eſſe põt? q̃ ebrie
tas? qua ſanitas mentis concutit᷑: ualitudo corpo/

ris profligat̃:pr̃imonia atterrũt̃/fama pulſat̃/quã
rixæ/cedes/ĩfãda facinora nec nõ urbiũ excidia ſub
ſequũt̃.Stoicoꝝ dogma:quo callide magis q̃ uere
tradit̃/ισατα αμαρτηματα ειμαι.id eſt peccata
Peccata ĩ paria. paria eẽ:quotidie r̃fellit uita/ſenſuſ cõis ĩpugnat ui/
tia nr̃a redarguũt:q̃ haud dubie ĩparia & aliud alio
maius eſſe nemo non cernit:hoc etiã cecis liquet e/
brietatis labem tanto q̃ ſcortatus & aleæ eſſe fedio/
rem/quanto plura precioſioraque ſunt illa:quæ per
temulentiam amittimus q̃ quæ per aleam ſcortatio/
nẽq; deperdimus.Verũ audi frater quo rem dedu/
camus:ſint cætera omnia inter nos paria/uel ſi ita
mauis/ſint in nobis duobꝰ flagitioſiora.ſit fornica/
tio/ſit alea/uitioſitas fedior q̃ temulentia ſit tua me
lior q̃ noſtra conditio:uincas tu ex reliquis partibꝰ.
Vnum tamẽ nobis concedas.uelis nolis neceſſe eſt
mentem ebrioſi concuti/ingenium obnubilari/ſen
ſus omnis fieri lapſabundos & hominẽ exire ex ho
minis poteſtate:quo cõceſſo uictores ſumꝰ:cũ huic
uel ſoli uitio par ſit nihil.& nihil ſecundũ:finge/ex
cogita/cõminiſcer̃ qđ lubet nũq̃ tñ ĩpetrabis qn no/
bis cõſtet mẽs & aĩus:quæ ĩ te ebrietas cõcutit atq;
Ebrietas demẽtat. demẽtat:Demẽtia aũt mẽti ſet ĩſanitate aĩ gliſcẽte
hõ hoĩs nomẽ amittit:& nihil fer̃ differt a brutis ani
mantibus:ex quo fit omniũ deterrimus fediſſimuſ/
q;.Quod autem frater uinũ preconio laudis extu/
lit & ex ſententia Aſclepiadis uix deoꝝ potentia æ/

quari poſſe pronũciauit Volſellis pũgnat non gla/
dio:cũ neq; nos inuiti iudices bibamus/neque uinũ
culpem⁹ ſed uinolẽtiã:Scim⁹ duos eẽ liquores cor
poribꝫ hũanis gratiſſimos ĩtus uini foris olei: ſcimꝫ Duo li/
nihil uiribꝫ cõporis eẽ utilius uĩo ſi modus adſit: ſci quores:
mus uĩo ſtõachũ r̃creari/appetẽtiã ciboꝝ ĩuitari/tri/
ſtitiæ curã hebetari/algorẽ expelli ſõnũ ꝯciliari: ſed
ſi modice/uel potiꝫ ĩtra modũ hauriat̃:fuit ergo ſup
uacãea illa ĩ uini laudes excurſio qđ nullus ĩfamat:
Veꝝ eñuero ebrietas q̃ đ agit̃/ebriuſ q culpat̃/q̃ ex
cuſatõe excuſabilis fieri põt:q̃ đfẽſiõe đfẽdi:an au/
ctoritate platonis te ipm̃ tutaber̃:quẽ ueluti temulẽ
tiæ ſuaſorẽ ac magiſtꝝ citaſti:falſo:ſcito.n.bõe fr̃ le Sẽtentia
ge platõica ebrietatẽ iſtã turpiſſimã:q̃ labefacer̃ & ĩ platonis.
mĩuer̃ hoĩum mẽtes ſolet:cuius reatũ hodie tu ſuſti/
nes:mĩme laudari:ſed liberaliorẽ paulo iucũdiorẽ/
q; uini ĩuitationẽ:q̃ fieret ſub qbuſdã q̃ſi magiſtris
cõuiuioꝝ ſobriis: ñ ĩprobari:ĩmo ut ſcias đcreta pla/
tõica ñ a te ſtar̃ ſed a nobis: ĩtellige q̃tope ab illo cul
pet̃ ebrietas.đcẽnit diuĩus pħs pueris meꝝ aq̃ potũ:
uĩoq; ĩterdicto uetat ignẽ igne ĩcitari.idẽ iubet ſpõ/
ſũ & ſpõſã dar̃ opã liberis & abſtemios eẽ ut ꝯcepi⁹
fiat ſolidus et qet⁹/cũ ebrii tãq̃ mẽtecapti ad genera
tionẽ ſint ĩutiles.qppe cũ uerisĩmile ſit ex temulẽtis
fetus tã membris q̃ moribus tortuoſos ꝓgenerari.
Quod herculem bibacem Alexandrũ temulentũ
Catonem uino hilarari ſolitum teq; illorum imita/

torem eſſe gloriabūdus memoraſti. dic quæſo o fra
ter placent ne tibi tanti uiri pro archetypo & exēpla
Imitādæ uirtutes uitioſorū — ri quod ſequaris? Age dum imitare illos totos. & ſi/
cut uitii aſſectator uideri uis ſic imitator eſto uirtu/
tū ꝑge ꝑ illorū cuncta ueſtigia: effinge nobis ac red
de monſtrorum profligatione Herculem, rerū ma/
gnitudine Alexandrum. morum ſanctitudine Ca/
tonem: Tūc in te tam ignoſcibilis erit ebrietas q̄ fu/
it in illis: Tunc nemo tibi negocium faceſſet: Tunc
nobiſcum tibi nulla erit controuerſia de paterna he
reditate: Cedemus ultro bonis: eris tu extra oēm iu/
dicii Aleam ſequeſtratus: Nos duo inter nos diſce
ptabimus. uter ex nobis ſit exheres ꝓnunciandus.
te in tuto, te in uado ſalutis collocato. Sed quæ eſt
iſta peruerſitas improbitas, iniquitas? uelle magnis
heroibus uitioſitate eſſe conſimilem, uirtutibus ue/
ro longe diſſimilem? uelle ſequi fugienda, fugere ſe
quēda, uelle mala imitari bona nō aſpicerē? placet ti
Laus Catonis. — bi ī Catone ebrietas? placeat & grauitas, frugalitas,
ītegritas, doctrīa, mores, cæteraq; uirtutes oēs. qua/
rū dictus ē norma, auctor, exēplar, Scito tn̄ magnoſ
illos uiros nō uino ingeniū mētēq; ut tu: quotidiāiſ
ebrietatibus ingurgitaſſe. Nec enim in pectoribus
magnis ullum eē pōt honeſtorū turpiūq; cōſortiū.
Sed ꝓ fomēto laborꝝ quos dies nocteſque exantla
bāt ſeſe interdū largioribꝰ poculis inuitaſſe: Quo/
rū labecula uirtutibꝰ obūbrat̄. Ad quos cū tu nulla

exparte laudabili aſpires/deſine illoꝝ exēpliſ/tua ꝓbra fulcire: Quoꝝ uirtutes non aſſequeris. Deſine illos iactitare qui abſte hoc in iudicio noīati faciūt cām tuā fediorē/turpiorē/deteriorē/q̄ ſi nuſq̄ noīaſſes. Demiramur o frē te ī hac noīatiōe ſilēter preteriſſe Tiberiū Cæſarē/cuius utpote maximi Romanorū impatoris exēplo cā tua roborari potuiſſet: q ꝑꝑ nimiā uini auiditatē/ꝓ Tiberio Claudio Nerōe. Biberius Caldius mero uocabaṫ: q piſonē urbis Romæ ꝑfectū fecit: qđ biduo cōtinuo duabuſq; nocti/bus ꝑ potationē apđ ſe ipſum cōtinuaſſet. Atq exēpla uitioſorū quāuis illuſtria magis officiūt uinolētiæ reo q̄ patrocināṫ. Qđ ſi iudices in uitiis defendēdis atq; excuſandis ualeat auctoritaſ prīcipū/noſ quoq; maximi īpatores excuſant: Nāq; memoriæ ꝓditū ē Cæſarē Auguſtū: q uiuus habitus ē diuus. quo nihil maius/meli9 ue terris: fuiſſe aleæ cupidiſſimū/& diebꝫ feſtiſ/ꝓfeſtiſq; luſiſſe: Claudiū quoq; impatorē de arte Aleæ librū cōpoſuiſſe cuius ſtudioſiſſimus adeo fuit: ut ſolitus ſit ēt ī geſtatorio ludere: Meretricarios uero extitiſſe tā multos: ut Solomon Quo nil ſapiētius/greges cōcubinaꝝ ꝓpe īnumerabiliū habuiſſe ꝓdaṫ. ut Cæſarē dictatorem/oīum mulierū uirū dictitauerit. Sed nobis uitia noſtra diluere exēplis principalibꝫ nō ē ī aīo. nec libet ea defenſione: quæ haud dubie potētiſſima ē/uti: ut dicamus nihil eē ī rerū natura tā neceſſariū/tāq; ex/

Biberiuſ Caldius Mero.

Auguſt9 aleator.

Claudius liber de alea

Solomō meretricarius.

petibilẽ q̃ ueneriũ cõcubitũ: Quo ex terris ſublato
cũcta animãtiũ genera citiſſime d̃ficiãt atq; ĩtermo
riãt̃ neceſſe ẽ. excedat age dũ ut Senecæ uerbis utar
rebꝰ humanis uenus orbis iacebit ſq̃lido turpis ſitu.
Tolle ex cõmertio mortaliũ meretriciaſ amatões cũ
cta uidebis miſceri ꝑturbariq; libidibꝰ ĩceſtis. nõ iu
uat ĩ iudicio corã uobis iudices: Allegar̃ aleã illicem
eẽ uitæ uoluptariæ atq; aĩoꝝ oblectamẽtũ qua ocio
ſi mortales eſtiuoꝝ dieꝝ æſtuſ torentiſſimos fallũt:
q̃ a cibo a mẽſa ſalubriter utunt̃, cũ id horæ ex p̄ce
pto maximoꝝ medicoꝝ oĩs aĩ corpiſq; Agitatio ſit
inutilis: Sed nobis nihil ꝓſint hæc admĩcula iudiceſ
Ad cãm nr̃am roborãdã. imo ſimpliciter & ĩgenue
ꝓfitemur nos eẽ crimĩoſos, nos uitioſos, ſed crimĩo
ſiorẽ, ſed uitioſiorẽ eẽ fratrẽ ĩdubitanter aſſerimus.
idq; uidemur argumẽtis ſatis ꝓbabilibꝰ hactenꝰ de
mõſtraſſe: Veꝝ ut uobis iudices hoc magis liq̃at: ut
feditas tãti uitii fiat manifeſtior: dẽiq; ut ſcrupulus
nullus mẽtibus ur̃is ĩhereat, qn uinolẽtũ, fornicario
Et luſor̃ fediorẽ uitioſiorẽq; iudicetis, libet hoc po
tiſſimũ ĩ loco rhetoricari: Et quoniã aduerſarius per
exẽpla ſẽtẽtiaſq; nobiliũ ſcriptoꝝ expatiatus ẽ nos
quoq; exẽplis nos dictis ph̄oꝝ oratoꝝ eccleſiaſtico
rũ, edocẽter explicabimꝰ ebrietatẽ fuiſſe ſẽꝑ apd̃ pri
ſcos d̃teſtabilẽ: ꝓſciſſãq; cõuitiis ab optimis q̄buſq;
ꝑide ac ĩſigniter ꝑniciosã. Erũt hæc ñ iucũda cogni
tu, nec ĩutilia r̃latu, nec eruditis auribꝰ aſꝑnãda: uos

mō ut attēte p̄terita audiuiſtis ita attēte ac lubētibꝫ
aīſ reliq̄ auditote: Lacedemōii illi frugaliſſimi. Et ly exēplū la
curgi legibꝫ bn̄ iſtituti. cū ab ebrietate pinde ac re fe conicū.
diſſima iuuētutē abducer̄ uellēt hūc morē obſerua/
bāt/ut īfeſtiuitate ſeruos q ilotæ uocāt̄ largo mero ī Ilotæ.
gurgitatos ī cōuiuia iuuenū d̄duci iuberēt: ut illi ſpe
ctātes ebrioꝝ turpitudinē ebrietatē ueluti rē fedā ac
d̄formē phorreſcerēt: Plato/Ariſtoteles. Euſebiꝰ/& Lex poe/
maxius medicoꝝ galenꝰ/dilaudāt legē carthaginē/ norum.
ſiū: q̄ dū militāt & caſtrēſibꝫ rebꝫ īcūbūt uinū nullꝰ
guſtar̄ pmittit̄/ſed oēſ toto militiæ tēpe aquā bibūt
Tāq̄ uio ad ferēdū laborē hoīes remolleſcāt. Cæſar Sueui
auctō ē ſueuoſ germāiæ populoſ uinū ad ſe oīo īpor
tari n̄ ſiner̄/qd̄ ea re ſubneruari corpa arbitrāt̄: chere Egyptii
mon ſtoicꝰ narrat priſcos egypti ſacerdotes carnibꝫ ſacerdo/
& uīo ſēp abſtīuiſſe/ex eo tēpe quo cepiſſent diuīo tes ſobrii:
cultui opari: ut ſēſus tenuitate forēt uegetiores. Ioſe
phꝰ/philo/Euſebiꝰ/hierōymꝰ pdiderūt Eſſeos ī iu/ Eſſei inui
dea abſtemios fuiſſe & īuinios: quotidianūqꝫ ieiūiū nii
uertiſſe ī naturā: apd̄ Romāos atqꝫ oīi latio femīæ
etatē abſtemiā egiſſe hoc ē uīo abſtīuiſſe memorāt̄.
Q d̄ ſi ulla īuenta eēt uinū bibēs/mōte mulctabat̄/ Feminæ
Vt auctor ē Dionyſius ī libris antiqtatū: ex nr̄is quo R. abſte/
qꝫ cellebērimi ſcriptoreſ ſcripſer̄ uxorē egnatii qd̄ ui miæ.
nū bibiſſet e dolio īterfectā fuſte a marito/eūqꝫ cedis
a Romulo abſolutū: Fabiꝰ pictor ī ānalibꝫ ſuis tradi
dit mr̄onā qd̄ loculos ī qbꝫ erāt claues uiariæ cellæ

reſignauiſſet/a ſuis inedia mori coactã.Cn.Domi/
tius Iudex mulierẽ dote mulctauit/qđ uinũ bibiſſet
uiro iſciẽte.ob hoc ꝓpiq ut inqt.M.Cato & repetit
oſculatio Tertullianus in Apologetico oſculũ feminis darẽ ſo
feminaꝝ. liti erãt:ut ſpiritu indicarent̃ an uinũ olerẽt:& medi
us fidiuſ uſu uini imodico ianua uirtutiſ claudit̃/ui
Apolloni tiis apit̃.Apollonius.Tyaneus:quo nil ſanctiuſ nil
us hydro diuinius iter hoĩes:fuit hydropota hoc ẽ aquæ po/
pota. tor uinũ tãq̃ ingenii peſtẽ reformidãs.Diuus Hie/
Vinũ ue/ ronymus p̄cipit uirgini Chriſtianæ/ uinum tãq̃ ue
nenum. nenũ eẽ fugiẽdũ:idẽ clericis uĩo ꝓpe ĩterdicit:q ſcri/
bens ad Nepotianũ nunquã inqt uinũ redoleas:ne
audias illud philoſophi:hoc nõ ẽ oſculũ porrigere
ſed uinum propinare.M.Tullius inter pleraq; alia
ꝓbroſa/quæ piſoni obiectat/id quoq; maximo pro
bro dat/ꝙ uinolẽtus ore fetido teterrimã popinã in
Arron ar/ halaſſet.Quid multa?deus in leuitico ad Arron ar
chiereus. chiierea hoc ẽ pontificẽ uinũ iquit & oẽ qđ inebriarẽ
põt nõ bibetis:tu & filii tui qñ intrabitis tabernacu/
lũ teſtimonii ne moriamini:quin ẽt dei cõſectaneꝰ
electiõis uas.& ſcripturarũ ſanctaꝝ armariũ apoſto
Pauli p̄ce lus Paulus uinolẽtiã dãnãs in epiſtola ad Timothe
ptum. um p̄cipit epiſcopũ ſobriũ eẽ deberẽ:minimeq; ui/
nolẽtũ:hic in decretis canonicis ẽ illud memoratiſ/
ſimũ:Vinolẽtũ ſacerdotẽ.& apoſtolus dãnat & ue
tus lex ꝓhibet:Sacerdotes q miniſtrãt ĩ tẽplo dei ꝓ
hibent̃ uinũ biberẽ & ſicerã:ne crapula & ebrietate

Corda eorũ prægrauẽtur: Sicerra aũt hebreo ſermone oĩs potio nũcupat̃: qua qs ĩebriari poteſt: Quicqd inebriat ſtatũ mẽtis euertit. Ante diluuiũ homines erãt ſicci ſobrii ĩuinii nullo uini uſu nulla cultura uineaꝝ: poſt diluuiũ ut ſacris litteris ꝓditũ ẽ Primus Noe plãtauit uineã bibẽſq; uinũ illico inebriatus eſt. Itaq; nec uinũ ſuo pepcit auctori. In pentateucho quoq; legimus Ebrietatẽ ĩceſti cauſã fuiſſe: Cũ patrẽ lotopeã filiæ inebriaſſent. moxq; ex ebrietate ad inceſtũ cõcubitũ infãdũq; illexiſſent. Ex illo tẽpore mortales uini feruor / Ex feruore ebrietas ex ebrietate ĩuerecũdia / ĩceſtũ / furor / inuaſit: Tũc temulẽtia uariis motibus mẽtes hominũ concutere cepit: Ita ut alii fierẽt Rixoſi & furẽtes / alii iocoſi & loquaces / alii ſõnulẽti / Alii lachrymabũdi / Et. n. uinũ eãdẽ ui habet quã bilis atra uariã ſcilicet & multiformẽ / ſup qua re / nobile eſt ꝓblema nobiliſſimi philoſophoꝝ Ariſtotelis. Vnde uidet̃ Oratius flaccus illud mutuat⁹ / O nata mecũ cõſule mãlio / ſeu tu q̃relas ſiue geris iocos / ſeu rixas / & inſanos Amores: ſeu facilẽ pia teſta ſomnũ: diõyſi⁹ q uulgo bacchus quẽ ethnici ſcriptores uini reptorẽ phibẽt: cornutus figuratur / nõ tã ꝙ boues cornigeros iugo copulauerit: Vt Diodorus credidit q̃ qđ ex uini feruore temulẽti ad temeritatẽ ꝓcliuiter erigãtur fiãtq; ĩpetuoſi: & q̃ſi cornupetæ. Tũc paup ſumit cornua / Tũc humilitatis oblitus erigit̃ ĩ tumorẽ: Quđ uero bacchũ

Ante diluuium abſtemii.

Noe inebriatus.

Ebrietas origo inceſti.

Vis uini multi formis.

Vinũ ut bilis.

Bacchus cũ Cornibus.

inter deos relatũ & uindemiatorẽ inter ſidera collo/
catũ iactanticulus frater glorioſa predicatiõe narra/
uit/nihil ſane id ad cauſam ipſius fulciendã profi/
cit. Aut ſi cõmenta poetica pro argumẽtis ualent/ua
leat & illud. Quod uenus noſtra Clariſſimum ſibi
in celo ſidus uendicauit: quod uenus inter celicolas
Dominatᷣ cuius natura cuncta generantur ĩ terris:
Quã almã quã diuũ hominũq; uoluptatẽ celeber/
Anachar/ rimi conditores appellant: Ad hæc anacharſis ille:
ſis. qui apud ſocordiſſimos ſcythas ſapiens natus eſt
prodidit uitẽ/uuas tris ferre primã uoluptatis ſecun
Tres uuæ dam ebrietatis/Tertiã contumeliarũ: Eſopus fabu/
in uite. lator conſimile quiddã dixiſſe traditur. Celebre eſt
illud ſapientis uiri: ſiue is eſopus/ſiue anacharſis
Prima. ſiue alius quiſpiã fuerit/dictũ ſuper mẽſam: prima
Cratera inquit Cratera ad ſitĩ pertinet Secunda ad hilarita/
ad ſitim. tem Tertia aduoluptatem/quarta ad inſaniam: ſi
quartũ poculum potores reddit inſanos qd quater
quaterna/qd quater dena/pocula efficient? non ne
ſupra omnem furorẽ/ſupra omnem inſaniam red/
dẽt inſaniſſimos? Atqui conſtat uinolentos homi/
nes quanto plus biberint tanto plus ſitire/Et exbi
bendi conſuetudine augeri auiditatem. Vt merito
hoc genus homines ad perdenda uina geniti eſſe
uideantᷣ. Nouellius mediolanẽſis Tribus congiis
Tricon/ epotis uno ĩpetu tricõgius cognomĩari nõ erubuit:
gius/ gloriã ſcilicet ex uitio fediſſimo captãs/& cũ oẽ ui/

331.

tiũ tãto crimĩoſius ſit quãto maior eſt ille q peccat/ qua nota:quo ꝓbro uellicãdus proſcĩdenduſq; eſt Bonoſus Romanus imꝑator? Quẽ miramur a fratre ꝑteritũ eſſe ĩ mentiõe uinolẽtoꝝ:Qui bibit quãtũ hominũ nemo:De quo Aureliãus dicere ſolebat nõ ut uiuat natus eſt ſed ut bibat:q quãtũ bibendo turpiter ingeſſerat tantũ meiẽdo turpius egerebat: q ſuꝑatus a Probo cũ uitã laq̃o finiẽs ſe pẽſilẽ feciſſet iocus ĩnotuit. Amphorã pẽdere nõ hominẽ:proclamat Solomõ luxurioſa res uinũ / & tumultuoſa ebrietas/quĩcũq; his ďlectat̃ nõ erit ſapiẽs:Idẽ iter/dicit ne ſimus ĩ cõuiuio potatoꝝ. ſubriſimus Paulo ãte iudices audiẽtes fratrẽ incõtinẽtes atque intẽperãtes appellãtẽ eos/q aphrodiſia colũt ĩdulgẽtq; rebus ueneriis citãtẽq; Ariſtotelis teſtimõiũ. Ex ꝓblematis:tãq̃ Ariſtoteles ſolos ακολαστους και ακρατεις. i. intẽperãtes & incõtinẽtes Homines uenerios mulierarioſq;:appellãdos eſſe cẽſeat. Agedũ recita q̃ſo bõe frater totũ Ariſtotelicũ ꝓblema:uidebis te quoq; eodẽ loco habẽdũ eadẽ ſuggillatiõe notandũ. Eiſdẽ uocabulis nominãdũ eẽ. Et.n. ut res tota iudices colliq̃ſcat ſcribit ĩclytiſſimus philoſophoꝝ: qnq; eẽ hoĩnũ ſenſus:ꝑ quos uoluptas q̃rat̃:oẽmq; ex his ĩmodicã uoluptatẽ/turpẽ atq; ĩꝓbã exiſtimari. ſed.n. ĩqt q nimia ex guſtu & tactu ẽ:ea uoluptas oĩum reꝝ fediſſima ẽ:eoſq; maxĩe q duabꝯ iſtis belluinis uoluptatibꝯ ſe ďdiderũt ĩcõtinẽtes appellare

Bonoſus Biboſus.

Amphorã pẽdere nõ hoĩnẽ

Intẽperãtes ĩcontinentes.

Voluptaſ ex guſtu & tactu

pecuina

ſolemus:tanq̃ in pecudum ferorũq; animalium nu-
mero habeatur quiſquis eſt his ferinis uoluptatibus
deuíctus:Cũ ceteræ ex tribus aliis ſenſibus ꝑuenie͂
tes hominũ eſſe tantũ ꝓpriæ uideãtur:Hæc ſũt Ari
ſtotelica.hæc ex prõptuario philoſophico ꝺprõpta:
Vbi nõ minus uoluptas guſtatus : qua haud dubie
potus quoq; cõtinet' q̃ uoluptas tactus cõcubituſq;
taxat'.q̃ aũt ridiculũ ſit.Id alteri opprobrare qꝺ in te
ſtatí retorqueri poſſit nullus ignorat. Verum ante q̃
digrediamur ab huiuſce fediſſimæ uitioſitatis inſe-
ctatione ſubiiciemus opera ebrietatis utentes non
noſtris uerbis ſed pliniãis:quæ ĩ ore ĩ pectore oĩum
habenda ſunt dignaq; quæ ubiq; nõ ibi tantũ me-
morentur : ad caſtigandã hãc inexplebile͂ bibendi
auiditatem Audite ergo plinium ĩ temulentiæ uitia
ſic perorãtem. Tũc auidi Matronam oculi licentur
Tunc animi ſecreta proferuntur. Alii teſtamenta
ſua nuncupant. Alii mortifera loquuntur:redituraſ
q; per iugulum uoces non continent:q̃ multis ita in
teremptis. Vulgoq; ueritas iam attributa uino eſt.
interea ut optime cadat ſolem orientem nõ uident
ac minus diu uiuũt. Hinc pallor & genæ pendu-
læ:oculorum ulcera:Tremulæ manus effundentes
plena uaſa & quæ ſit poena preſens furiales ſom-
ni & inquies nocturna. premiũq; ſummum ebrie-
tatis libido portentoſa ac iucundum nefas. poſtera
die ex ore halitus fetidi ac fere rerum omnium ob-

Verba. Plinii in Ebrietatem.

liuio/morſq; memoriæ:Rapere ſe ita uitã ꝑdicant
cũ priorẽ diem quotidie ꝑdãt:illi uero & uenientẽ.
Hæc pliniana ĩ temulentos ꝑoratio:hæc caſtigatio
cenſoria tã ſeuera tã luculenta/tã uera/quẽ nõ reuo
cet ab ebrietate ad ſobrietatẽ: a meracis potionibus
ad dilutiſſimas aquatiſſimaſque: a uinaria cæna ad
prandiũ caninũ: Quis hæc audiẽs: Quis hæc le/ Prãdium
gens nõ repente temulentiã fugiat ac execret/ ꝑide Caninũ.
quaſi uitioꝝ oĩum fediſſimã ſpurciſſimã/defamatiſ
ſimã: Quis iudex ea auctoritate ea ſapientia ꝑdi/
tus/qua uos eſtis/non eueſtigio ꝓnũciet cõtra ebrio
ſum cõtraq; ebrietatem: ſed iã tempus eſt canere re
ceptui:ne dũ uicẽ talionis ĩplodimus : Dũ fraternã
taxationẽ retaxamus/dũ mutua flagitii exꝓbratiõe
par pari referre ſtudemꝰ/ĩmodici atq; ĩmoderati fu
iſſe uideamur.Adnotaſſe uos iudices Iã dudũ credi
mus aliquãta nos/quæ obiectauerit frater/ irrefuta
ta irrepcuſſaq; quaſi diſſimulãter ꝑteriſſe .Ita ẽ iu/
dices/nec inficias imus.Nã eius tãtũ eſt/q ſe ĩpecca
bilem & ut græci dicũt αναμαρτητον oſtendere
uelit:ꝓbra & criminatões oĩs ſingillatim diluere at/ Epilogus
q; refellere.Nos uero noſtras noxas/nr̃a flagitia ne
q; inficiamur ut inſontes:neq; excuſamus ut multi:
neq; iactamus ut frater .Fedũ eſt turpe eſt ludere &
fornicari.Erubeſcẽdũ nomen eſt meretricarii et A/
leatoris.Crimen utriuſq; nr̃m ĩfame/detrimentoſũ/
reꝑhenſibile eſſe nõ negamus:atq; etiã ultro ꝓfite/

mur.ſed uitioſitatē fraternā noſtræ uitioſitati/n̄ſiſ/
q; flagitiis aſſerimus eē anteponēdā.Dixim9 ex e/
brietate nō ſolū famā & opes labefactari/qđ ī no/
bis potiſſimū carpſit frater:ſed mentē animū ſēſus
oēs cōcuti/mutari/ꝑturbari euidētiſſime docuimus
Qua feditate nil fedius:quo uitio nil uitioſius eē
aut dici pōt.Oſtendimus q̄tas clades exitia funera
mortalibus ebrietaſ intulerit.Catalogo quoq; qua
ſi quodā ꝑ exēpla per auctoritates per dicta nobili/
um conditorum decurrimus indicātes quemadmo/
dum Temulentia omnibus ſeculis ſupra oēm uitio
ſitatem dānata conſciſſa infamata ē.Qđ ſupeſt/ue
ſtræ prudentiæ ē iudices/ueſtræq; grauitatis diligē
ter crimina noſtra penſitare:& uelut ī librili colloca
ta perpendere:& quem ex nobis tribus turpiorem
fedioremque iudicaueritis/in illum pronunciare.
Nihil.n.ueremur:qn ſecundū nos ꝓnuncietis/qn
uobis/q ſapientiſſimi eſtis:idē uideat̄/qđ tot ſcrip/
toribꝰ celeberrimis uiſum eſt.Qđ rōes ſuadēt/exē
pla corroborāt:ſenſus cōis affirmat.Itaq; cām no/
ſtrā iudices fidei ueſtræ prudentiæq; cōmittimus.&
ſi apte cognoſcitis:ſicut ꝓfecto noſtis/ebrietatē lon
ge fediorem eſſe atq; uitioſiorem/exhæredate q̄ſu/
mus frēm:& nos iudicio uřo liberate:Sententiis ab
ſoluite:ut hæreditate paterna beneficio ueſtro per/
fruamur.Diximus.

FINIS

335.
1499

Impreſſum Bononiæ a Benedicto Hectoris Di
ligenter & emēdate Anno Salutis Mileſi
mo undequingenteſimo. Illuſ. Io.
Ben. Reipu. Bononienſis
habenas feliciter
moderā
te.

REGESTum huius operis a. .iiii. b. iiii. c. ii.

ecto libello e de mio Vincenzo Longino dei

